

4



Contenta

in hoc ope sūt hec.

- ¶ Catonis precepta moralia, partim locupletiora castigatioraq; partim noua, recognita atq; scholijs aucta, ab Erasmo Roterodamo :~
- ¶ Apothegmata Græcæ sapientū intersprete Erasmo :~
- ¶ Eadē p Ausoniū cum scholijs Erasmi :~
- ¶ Mimi Publiani, cū eiusdē scholijs auctis recogniti :~
- ¶ Institutū hoīs Christiani carmiē p eū dē Erasmi Roterodamum :~
- ¶ Isocratis Parenesis ad Demonicū, de nouo cū Græcis collata p Erasmi :~
- ¶ Epicteti Stoici Enchiridiō ab Angelo Policiano latine lingue donatum :~
- ¶ Machi libell⁹ de Odio & Inuidia

ERASMVS ROTERODAMVS. M. IOANNI NE
uio Hondiscotano Liliianorum apud inclytum Louas
nium Gymnasiarchæ. S. D. P.

D Isticha moralia vulgo Catonis inscripta titulo, Neui theolos
gorum decus, primum diligenter a mendis repurgauim⁹, col
lata Planudis interpretatione. tametsi Greculus ille Romani
carminis sententiam sepenūero nō assequitur. Addidimus &
scholia pbreuiā quidem illa, sed aliquanto cōmodiora, ni fals
lor, ijs cōmentarijs: quib⁹ duo quidā opusculū hoc cōtaminauerant, quos
tum alter insulsissime rhetoricatur, homo ipsa infantior infantia, alter inep
tissime philosophat, vterq; ουδεν προσ επος loquitur. Porro cui⁹ auto
ris sit hoc opus, & vtrum vnius an plurium, nō admodum referre puto.
Catonis ob id tantum arbitrōr dici, quod sententias habeat Catone dig
nas. Adiecimus his Mimos Publianos, falso inscriptos Senecę prouerbia.
Atq; his quoq; castigatis. (offendimus enim deprauatissimos) adscrips
imus breuissima scholia, reiectis ijs, que perperam erant admixta ex aliorū
libris, tum appositis aliquot ex Auli Gellij noctibus & Senecę controuer
sijs. Sed interim clamabit vitiligator aliquis, hui⁹ Tgeologum in tam fris
uolis versari nugis? Primum ego nihil fastidiendum duco quantūnis hui⁹
mile, quod ad bonas pertineat literas, nedum hosce versus tanta Romani
sermonis mundicie, tamque ad bonos mores cōducibiles. Quancq; cur me
pudeat in hoc genere pauculas horas collocare in quo non pauci scriptores
Græci nō mediocri cū laude sunt versati? Nā extant & hodie Theognidis
sententiæ. Phocylidis, & Pythagoræ precepta, nō abs re aurea dicta. Des
niq; si mihi indecorū esse volūt, emendasse hæc tam humilia & explanasse
multo fœdius erit, eadē & deprauata fuisse, & (quod ex ipsorum liquet
cōmentarijs) ista tam puerilia nō intellecta fuisse ab ijs viris qui se nihil ne
scire putant. Nā Publij Mimos quis cōtemnar, quos Aulus Gellius lepis
dissimos. Seneca disertissimos vocat, cuiusq; sententias (vt idem testatur)
nō piguit summos etiā rhetores æmulari. Addidimus & septem sapientū
celebria dicta, & hominis Christiani institutū, quod nos carmine dilucido
magis, quam laborato sumus interpretati, conscripum sermone Britas
nico. a Ioāne Coletō, quo viro nō aliū habet mea quidē sententia, florens
tissimum Anglorū imperiū, vel magis piū, vel qui Christū verius sapia
Hoc quicquid est laboris, tibi nūcupandū duxim⁹
Sed si habeas, quæ prælegi curas

CATONIS.

^{inter omnes} Saluta libenter.

^{facit} **¶** Conciliat enim ea ^{sancti habitus} comitas, & ^{bonum} affabilitas, multorum benevolentiam, & alit partam.

^{ne ladas moro ad est notor} Maiori cede.

¶ Id est, noli certare cum potentioribus.

^{no impens manum in per un lio} Minori parce.

¶ Id est, noli sautre in eos qui sunt inferiores, sed illis concede nonnihil.

^{bona nra} Rem tuam custodi.

¶ Ne ^{confutur suis sunt} profundas temere facultates tuas, ne vel ^{quiso indigno} turpiter egeas, vel ^{vel aliqua} turpi us sem pares.

^{prudorem} Verecundiam serua.

¶ Id est, serua te in ^{castum} incontaminatum ac ^{maculis} purum ab inquinamentis libidinis. ^{malum voluptatis} Castum enim ^{subiecta} verecundum dicitur. Est autem ^{est} aetatis flos his periculis ^{est} obnoxius.

*De hac dictione
vide Gell. lib.
Et Terent. in Terentia.*

^{in studio} Diligentiam adhibe.

¶ Cura in omni re plurimum valet. Negligentia semper comitem habet infelicitatem.

Libros lege.

¶ Nam ex his ^{libris} cito ^{facile} discitur, quod longo vitæ usu vix assequi queas.

^{libris} Quos legeris memento.

¶ Nam quidam onerant se lectione, alia super alia ingerentes, neque quæquam ^{in scriptura} insculpunt memoriam.

^{non domus sua} Familiam cura.

¶ Domestica ^{non propria} negocia tibi ^{non domus} curanda sunt, non aliena.

^{congruus} Blandus esto.

¶ Id est, comis in congressu ^{conversacionis} non ^{ab ipse} irasci.

Irasci ab re noli.

¶ Nō sis morosus. Nam omnino non ^{indigi misericordia} comoueri stipitis est potius ^{quæ} hoīs.

^{nulla} Neminem irriseris.

¶ Est enim argumentum arrogantis ^{stulticia} stulticia.

^{calamitas} Vel miserum ne irriseris.

¶ Sic enim quidam ^{calamitas} codices habent. Hoc est, animi ^{vitia} vitia ^{videri} rideri merentur, ^{potius} calamitas ^{potius} misericordiam meretur potius quam ^{nam} nasum.

*vide proverbia
na et supponere*

Mutum dato. Cui des videto.

¶ Est quidem aliquando ^{bona fide} danda pecunia mutuo, sed non ^{quibuslibet} quibuslibet, sed ^{denique} dignis ^{officio} officio, denique ^{quibus non graues} ijs quibus non graues ris & dono dare,

Iudicio adesto.

¶ Ad sūt ^{ad sūt} aduocati, & id ^{olī} oli erat ^{officium} officii ^{in amicos} p̄cipuū in amicos, ^{adesse} adesse in iudicio.

*Aduocati sunt
qui aduersari adp̄tunt
in iudicio*



L I B E R P R I M U S .

Conuiuare raro.

¶ Sæpius vocare ad conuiuium exhaurit substantiam, sæpius ire ad conuiuium sordidum est, At rarius id facere humanitatis est.

Quod satis est dormi. *Supplementum in page sanu vis*

¶ Hoc est non ad voluptatem, sed necessitatem naturæ.

Iusiurandum serua.

¶ Nō est temere iurandū qd' aut iuraris, p̄stādū est nisi scel' sit qd' iuraris *plurimū rursū*

Vino te tempera. *modus in vino*

¶ Esto moderatus in vino, vel abstine a vino. Nam adolescenti dare visum est oleum igni addere. *De q' pronōrbis oleum igni addere*

Pugna pro patria.

¶ Pugnandū est non pro quauis re, sed pro defensione patriæ. Nā *Cas* *Cari est pro* *uincit in ariet hui* *uoni inter libidum et io* *uicem cuius inole uent* *ter raris*

Nil temere credideris.

¶ Id est, ne facilis sis ad credenda quauis, quæ dicuntur.

Tu te consule.

¶ A teipso pete consilium, qui te, tuaq; optime nosti.

Aut, tuto consule. *into g'lio a'ffiguo*

Id est caue a consilijs periculosis, tuta cōsilia sequere. Nā duplex est lectio.

Meretricem fuge, Literas discere.

¶ Aetas enim prima studio literarum optime coercetur a scortis

Nil mentiri debes. *Uquus est sponte Galijum pro ferre*

¶ Turpe in puero ingenuo omne mendacium. *Uquus est tunc contra mentis ut*

Bonis benefacito.

¶ Beneficia non sunt conferenda, nisi in bonos, alioqui percunt.

Maledicus ne esto. *De aliquo no maledictis*

¶ Id est a conuicijs tempera, neq; carpas vitam alicuius.

Existimationem retine.

¶ Bonam famam tuere, ne perdas, perit enim facile, at non facile sarcit. *Et cetero in lectis* *sum de unaria*

Aequum iudica.

¶ Id est, non ad lucrum aut gratiam, sed ad regulam æquitatis.

Parentes patientia vince.

¶ Ferendi sunt parentes, etiam iniquiores.

Beneficii accepti memor esto.

¶ Nam dati pulchrum est obliuisci. Accepti meminisse decet.

Ad prætorium stato.

Consultus esto. *Consultor uogit ut conqul* *no consultis dat*

¶ Multa enim discunt in agendis causis, morē iuris ut possis amicis opitulari, *augustinus*

Id est, calleas scientiā &

CATONIS.

Vtere virtute.

Iracundiam tempera.

Non viribus neq; dolo.

Ante monuit non esse irascendum, sine caus

sa. Nunc admonet iustam etiam iram moderandam esse.

Trocho lude.

Aleas fuge.

Trochus cōuenit pueris. Alea infamis erat & apud gētiles. Nūc principū Christianorum lusus est, imo quorundā etiam sacerdotū delitiæ.

Nihil ex arbitrio virium feceris.

Tyranicum enim est respicere quantū possis, non quantum lice at.

Minorem te ne contempseris.

Ne fastidias inferiorem te, quod est elati, non cordati.

Aliena concupiscere noli.

Coniugē ama.

Esto contentus tuis.

Vt omnium fortuuarum sociam.

Liberos erudi.

Filios castiga & institue.

Patere legem quam ipse tuleris.

Quam conditionem præscribis alijs eadem vtere ipse in alios.

Pauca in conuiuio loquere.

Vt sit alijs etiam loquendi locus.

Illud stude quod iustum est.

Quod turpe factu est id ne affectes.

Amorem libenter ferto,

Odiū omnibus modis fugiendum est. Amor amplectendus etiam si qs parum dignus est, qui redametur, tamen amari te patere.

FINIS.

Disticha dicta Catonis.

Si deus est animus, nobis vt carmina dicunt,

Hic tibi præcipue sit pura mente colendus.

Vulgus existiabat deū placari victimis pecudū, rebusq; corporeis. Verum cū deus ipse sit animus, hoc est mens, nō corpus, & cōsentaneum est simile gaudere simili nimirum potissimum, colendus est puritate mentis.

Quin & hodie vulgus Christianorum corporeis quibusdam ceremonijs colit deū, cum gratissimus cultus sit animi pietas. Tales enī adoratores quærit pater, qui in spiritu adorent, cum ipse sit spiritus. Nulla gratior pietas diuis, quam si vitam illorum imiteris, hoc est, tolerantiam, mansuetudinem, castimoniam. Atqui hæc animi sunt. Animus est deus, fac quantū potes a corpore te abducas, & ad illum quantū potes, accedas, & gratissimū immolaris sacrificium (pura mente) Nā vulgus lotis manib; ac pedib; ad sacrum accedebat. Tu mentem purga. Huius sordes deū offendūt, qui videt ea quæ sunt in animo, non in corpore. Si deus si hic nō dubitatis est,

Dicitur enim in li: iij 50. for: 11. id est. Arto amali: Vires animi vixit: non qui res viderunt: sed qui videri vult: compo: 50. mo: 11.

Quid Ciceroni in de offiis: in li: 2. et comitatus: 1. 2.

ut inquit in li: 1. 1. 1.

C A T O N I S,

¶ Illud vxoribus ferme peculiare est, vt maritos instigent in seruos. Vnde de monet ne, temere fidem habeant huiusmodi quærelis.

Cunq; mones aliquem, nec se velit ipse moneri.

Si tibi sit charus, noli desistere coeptis.

¶ Nō satis est leuiter admonere peccantē amicum: vrgendū est, insistendū, vt vel improbitate vincas si quid erit, quod ad famā illi, aut salutē ptineat.

Contra verbosos noli contendere verbis,

Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.

¶ Si cum cordatis agas, non est opus multis verbis. Si cum stulto frustra contendas, propterea quod stulticia verbosissima sit.

Dilige sic alios, vt sis tibi charus amicus,

Sic bonus esto bonis. ne te mala damna sequantur.

¶ Sic amicis vttere, vt ipse tibi sis proximus. Sic alijs bñfac, ne tibi ipsi nos ceas. In priore versu est venusta redditio similium, in dilige, & amicus. In secundo contrariorum, bonis & mala.

*Rumor id est pla
mor quodammodo auisus
vz*

Rumores fuge, ne incipias nouus autor haberi.

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

¶ Ne quid in vulgus sparseris, propterea quod rumor sæpenumero in eius caput recidit, a quo profectus est. Si rumor nihil habet periculi, tamen nihil nocet siluisse, si quid habet, nocet locutum esse.

Rem tibi promissam, certo promittere noli.

Rara fides, ideo, quia multi multa loquuntur.

¶ Noli certo promittere cuiq; alieni promissi fiducia. Quod in te situm est id præstare potes. Alienam fidem præstare non potes. Et vulgus hominum ad pollicendum facillimum, in præstando sæpe fallit.

Cum quis te laudat iudex tuus esse memento.

Plus alijs de te, quam tu tibi, credere noli.

¶ Ne te ipsum æstimaſis aliorum laudatione, sed tua ipsius conscientia. Te ipsum interroga qualis sis. & si animus tibi responderit te longe alium esse, quam hic, aut ille te facit, magis credere debes tibi ipsi, cui nos tior es, quam alijs.

Officium alterius, multis narrare memento,

Atq; alijs cum tu benefeceris, ipse fileto.

¶ Beneficij accepti meminisse oportet, obliuisci dati. Qui dat beneficium, eius est dissimulare se dedisse. ne commemorando videatur opus probare. Eius qui accepit, est passim prædicare, ne videatur ingratus & immemor.

Multorum cum facta senex & dicta recenses,

LIBER PRIMVS.

Fac tibi succurrant, iuuenis quæ feceris ipse.

¶ Senes qui multa viderunt & audierunt, multorum dicta, factaq; solent referre. Sed curandum est, vt ita nos geramus in iuuentute, vt in senectute succurrat nobis, non solum quid alij recte dixerint ac fecerint, verum etiam quod nos ipsi.

Ne cures, si quis tacito sermone loquatur,

Conscijs ipse sibi, de se putat omnia dici.

¶ Cum videris quosdam inter se secreto colloqui, ne statim inspicias eos male de te loqui. Nam id signum est hominis male sibi conscij.

Cum fueris felix, quæ sunt aduersa caueto,

Non eodem cursu respondent vltima primis.

¶ In rebus secundis ne quid accidat aduersi cauendum est. Solet enim fortuna sepius verti in diuersum, & lætis inijs addere tristem exitum. Ergo cum res secundæ sunt maxime, tum maxime meditandum est, quo pacto aduersam fortunam feras. Ne si inexpectata venerit, & improuisum te oppresserit calamitas, succumbas.

Cum dubia & fragilis sit nobis vita tributa,

In morte alterius spem tu tibi ponere noli.

¶ Legendum est hoc hæredipetis, & qui testamentis inhiant. Fit enim sepe penumero, vt qui mortem alterius expectabat, prior ipse moriatur, etiam si iunior, aut robustior fuerit. Nam ipsa hominis vita fragilis & incerta res est, & quouis casu abrumpitur.

Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,

Accipito placide, plene & laudare memento.

¶ Munera sunt æstimanda non suo præcio, sed animo donantis. Ita legis mus summos principes aquam caua manu haustam, & malum oblatum summa cum alacritate, perinde vt maximum munus accepisse. Accipito placide, alacri vultu, vt ostendas tibi gratū esse. (Est plene.) Id est nõ magis ligne, sed candide, vt præ te feras pro exiguo munere te multum debere.

Infantem nudum cum te natura crearit.

Paupertatis onus patienter ferre memento.

¶ Cum natura nudos produxerit, satis intelligere possumus diuitias alienas esse, neq; secundum hominis naturam. Si membrum perdis, est forsasse quod doleas, aliquid tui decessit: sin opes auferuntur, aut non contingunt, noli valde cruciari. Siquidem in his quæ vere sunt hominis, nihil plus habent reges, quam tu pauper. Vis scire quid vere tuum sit, cogita quid habueris cum nascereris.

Ne timeas illam, quæ vitæ est vltima finis.

Qui mortem metuit, quod viuuit perdit id ipsum.

B

*Dido reuocant in
pformis: Acty 2
na 3 I tano. 1000
den oportet dicitur
muygo d*

C A T O N I S.

¶ Qui mortem timet, non solum non effugit mortem, sed insuper hoc ipsum vitæ quod datur perdit, nam anxie viuere, non est viuere.

pro sua benefactio nullus amicus
Si tibi pro meritis nemo respondet amicus.

ut vtrahit
Incusare deum noli, sed te ipse coerce.

¶ Nihil est acerbius, quam amicus ingratus. Quod tamen si acciderit, non est imputandū deo: tanquā illius acciderit culpa. Quin potius te ipsum coerce, ne denuo beneficias ingratis. Quidam enim si beneficientibus fortuna non respondeat, superos incusant, dicentes eos non habere rationem recte factorum, cum eius acciderit culpa, qui sine delectu contulit beneficiū.

Aliquid desinit non utitur
Ne tibi quid delit, quæsitis vttere parce,

Vt quæ quod est, serues, semper tibi deesse putato.

¶ Vttere parce id est modice, non profuse (quæsitis) id est partis. Et vt serues quod habes, semper imaginare tibi deesse, vt semper aliquid addas. Sera autem (vt inquit Hesiodus) in fundo parsimonia est,

Quod præstare potes, ne bis promiseris vlli.

Ne sis ventosus, dum vis vrbanus haberi.

¶ Quod non possis efficere, ne semel quidem est promittendū, ne temere facias. Porro quod præstare possis, id iterū atque iterū promittere factitiae est non humanitas. Molesta est verbosa, pmissio, molestior exprobatio.

Qui simulat verbis, nec corde est fides amicus,

Tu quoque fac simile, sic ars deluditur arte.

¶ Erga eum qui fucō vtitur, tu item cōtra vttere fucō, & iuxta prouerbiū Cretiza contra Cretensem. Satius est retinere simulatū amicum, quā redere apertum inimicum. Id enim fiet si ostenderis te sentire fucum.

Noli homines blandos nimium sermone probare.

Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

¶ Semper suspecta sit tibi blandiloquentia. Nec æstimes homines ex bonis dictis, sed ex benefactis. Insidiatur tibi quisquis admodum blandus est. Memento sic capi & illici aues, videlicet imitatione vocis. Et assentatione maxima pars hominum capitur: dum a. ulator sese ad omnes affectus attemperat.

Si tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos.

Instrue, quo possint inopem defendere vitam.

¶ Artem, vt habet prouerbiū, non solum quæuis terra: sed quæuis etiā alit fortuna. Vnde certissimum viaticum est ars, quæ quocunq; terrarum venias, defendit ab egestate. At nunc vulgus liberos suos, diuitiū, aut principum ministerijs dedicat, vbi duo simul maxima discant mala, luxū & otiositatem.

*Dicitur quidam: Est aliquid inprobatum...
Hurtig...
Quam...
conductor...*

*Dicitur quidam...
de artibus...
Dromedus...
videtur...*



LIBER PRIMVS.

osum Porro quod hic præcepit pauperibus esse faciendum id ego suaferim diuitibus quoq; vt liberos suos iubeant artem aliquam discere, vnde geminum commodum consequantur. Primum, prima illa ætas artificio occupata, longe paucioribus inficietur vicijis. Deinde si fortuna abstulerit opes non erit cur vel mendicent, vel ad sordidas, aut fœdas artes adigantur, puta turpe ministerium, aut militiam.

**Quod vile est charum, quod charum est, vile putato.
Sic tibi nec parcus, nec auarus habebis vlli.**

¶ Quod vulgus magnificat, tu contemne. Quod vulgus negligit, tu magnificato. Neq; cuiquam videaris auarus, cum non expetes auide, neq; seruabis attente, quæ cupiunt illi. Vulgus plurimi facit diuitias, minimi facit probitatem & eruditionem. Tu inuerte æstimationem. Res autem cuiq; tales sunt, qualis est de his opinio. Vulgus lautam rem putat pauonem, rhombum. Tu contra vilem putato, & puta esse rem lautissimam, ouum gallinæ recens, lactucam, pullum gallinaceum. Ita nec tibi videberis sordidus, cum habeas lauta tuo iudicio, nec aliorum expetes lautitias, quæ tibi viles sunt.

Que culpares soles, ea tu ne feceris ipse.

Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.

¶ Turpe est committere te, quod doces alios non esse committendū. Vita turpis abrogat auctoritatem docenti.

Quod iustum est petito, vel quod videatur honestū.

Nam stultum est petere, quod possit iure negari.

¶ Quod inhonestum est, a nemine petendum est. Nullus enim debet cuiq; in re turpi morem gerere. Aut sic (quod iniustum est) id est quod non debetur, iure negari potest. Ergo non a quouis petas, sed ab eo, cuius officium est præstare quod petis, neq; quiduis, sed quod cum honestate coniunctum est, Nam id petitur aliquando, & ab his qui non debent.

Ignotum tibi nolito prepoñere notis,

Cognita iudicio cōstāt incognita casu.

¶ Ne facile commutes nota cum ignotis, puta amicum vel rem, vel vitæ genus. Notis enim commodius vteris, de quibus iudicare potes. Quæ si bona sunt, rectius vteris. Sin mala, facilius tolerabis. Quādoquidem iuxta Plautū nota mala mala non sunt. Ignota vero cuiusmodi futura sint, incertū est. Fit autē sæpe numero, vt quæ in expetendo putaris prima, in experiendo repudies.

Cum dubia incertis versetur vita periculis,

Pro lucro tibi pone diem quicumq; laboras,

Planudes Grecus legit in certis, vt sint duæ dictiones. Sic enim vertit.
Τ. υ βίου αμφοβολού φανεροίς επί τημασιν οντος
πας μοχθων προσκερδος, κερδος οπερ ζης ηχον.

C A T O N I S.

¶ Cum igitur vita per se incerta, versetur in periculis incertis, vnumque
nque vitæ diem in lucro deputa, vnusquisque enim dies poterat esse vlti-
mus, & incertum erat an tibi contingeret. Ergo in tot vitæ periculis quis
cunque dies non eripitur, is in lucro est imputandus. (Quicumque labo-
ras, id est quicumque sollicitus es, & angeris huius vitæ malis. Tamen si vt di-
xi, nō ignoro Plaudē secus exposuisse. Sed nō est snia illū per omnia seq-
Nā mihi magis probat, vt legamus incertis vnica dictiōe ad hūc modū.
Cū vita dubia verset. i. iactetur (incertis periculis). i. casibus. Nā pericula hoc
minus a nobis vitari possunt, quod incerta sunt. Vita si naufragiū, nō vi-
tasti ruinā, vitasti bellum, incidis in latrones. vitasti pestem, morderis a vi-
pera. Mille periculis obnoxia est hominis vita, atq; his quidem incertis,
& ob id inuitabilibus.

Vincere cum possis, interdum cede sodali,

Obsequio quoniam dulces retinentur amici.

¶ Nihil hoc disticho elegātius fingi potuit. Obsequendū aliquoties amis-
cis, & de tuo iure concedendū. Siquidem ea facilitas ac mortgeratio retin-
net amicos in amicitia. Contra quidam dum obstinate rixantur de lana cas-
prina malunt amicitiam rescindere, quam vlla in re obsequi animo amici.

Ne dubites, cum magna petas, impendere parua.

His etenim rebus coniungit Gratia charos.

¶ Amicitia constat officijs mutuis, & iuxta prouerbiū, manus manū fris-
cat. Gratiam hic vocat deam benevolentia.

Litem inferre caue, cum quo tibi gratia iuncta est.

Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

¶ Cauendum est, ne per iracundiam lis incidat cum amico, propterea quod
ex iurgio resident in animis vestigia, quædam, quæ benevolentiam vertunt
aliquoties in odium. Et non optime coire solet temel rescissa cōcordia. Er-
go morositas omnis & asperitas debet abesse ab amicitia.

Seruorum ob culpam cum te dolor vrget in iram,

Ipse tibi moderare, tuis vt parcere possis.

¶ Ne punias seruū aut discipulū, quādiu senseris te ira cōmotū. Pessimus
enim autor rerū gerendarū ira, sed prius tēperes animo tuo, vt sedata iras-
cūdia, vel ignoscas. vel mitius punias. Ita philosophus quidā, Punire te, in-
quit seruo, ni iratus essem. Et Plato sublato in seruū baculo, rogatus quid age-
ret. Ego, inquit, castigo hūc intemperantem, seipsum significans ira cōcittū.

Quem superare potes, interdum vince ferendo.

Maxima enim morum semper patientia virtus.

¶ Maximi animi est cum possis vincere, pati tamen vt vincaris, & neglig-
gere aduersarium. Hac virtute inter mortales nō est alia præstantior,

Conserua potius quæ sunt iam parta labore.

Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas.

LIBER SECVNDVS.

Facilius ac tutius est seruare quod tuo labore quaesitum est, quam sarcire quod profusione diminueris ac detraxeris, Cum enim laboratur integre, facile defenditur inopia. Verum cum laboratur in damno sarciendo increfcit & obruit nos egestas.

Dapsilis interdum notis, charis, & amicis,

Cum fueris felix, semper tibi proximus esto.

Cum tu felix, hoc est, lauta fortuna, fueris interdum dapsilis, id est liberalis, notis charis & amicis. Notis vt vicinis, charis, quos diligis, amicis vt cognatis (Semper tibi proximus esto) Interdum in illos sis beneficus, in te ipsum semper. Et ita amicis sis amicus, vt tibi ipsi sis amicissimus.

LIBER SECVNDVS.

Elluris si forte velis cognoscere cultus,

T Vergiliū legito, qd' si mage nosse laboras,

Herbarū vires, Macer tibi carmine dicet.

Si Romana cupis, & Punica noscere bella,

Lucanum quaeras, qui Martis praelia dicet.

Si quid amare libet, vel discere amare legendo,

Nasonem petito, sin autem cura tibi haec est,

Vt sapiens viuas, audi, quo discere possis

Per quæ semotum viciis traducitur æuum.

Ergo ades, & quæ sit sapientia, disce legendo.

Hoc est ex alijs poetis alia licebit cognoscere. Vergilius in libris Georgicis docet agriculturam. Macer tradit vires herbarum quæque alius quæpiam fuit hic Macer, quæ is quem habemus vulgo, ni fallor. Lucanus narrat Romanorum ciuilia bella, vbi legendum arbitror Ciuica, pro Punica, Nihil enim de Punicis bellis scripsisse legitur Lucanus. Ouidius tradit artem amandi, & in Elegijs docet amores. Quod si cupis artem & rationem recte beateque viuendi cognoscere, hunc librum legito. Is te docebit non vulgares artes, & nugas, sed quo pacto vitam exigas semotam, id est liberam & immunem a vicijs,

Si potes, ignotis etiam prodesse memento.

Vtilius regno, meritis acquirere amicos.

Non solum in amicos oportet esse beneficum, verum ignotis quoque consulendi sunt ac deuinciendi beneficiis, si modo possis prodesse. Vtilius enim est quamplurimos amicos parare (meritis) id est benefactis, quam parare regnum. Regnum enim eripi potest, amici succurrunt eiecto, & firmiores sunt quos beneficio adiunxeris, quam quos potestate premas.

Mitte arcana dei, coelumque inquirere quid sit.

B iii

C A T O N I S.

Cum sis mortalis, quæ sunt mortalia cura.

Juxta Socratis sententiam, quæ supra nos nihil ad nos, admonet, vt omisso studio naturalis philosophiæ, ea curem⁹ quæ ad vitã hũanã p̄tinēt, hoc est ad mores componendos, & animum malis purgandũ affectibus.

Linque metũ læthi, nam stultum est tẽpore in omni.

Dum mortem metuis, amittis gaudia uitæ.

Eandem sententiam legis in priori libro, pro amittis, arbitror legendum amittere. Qui mortis metu semp̄ anxius viuit stulte facit. Primũ enĩ nõ vitat id qd̄ timet. Deinde siqd̄ habet hæc vita iucũditatis, eã suo vicio pdit.

Iratus de re incerta contendere noli.

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Pyrrhus admonere solitus est tyrones, ne irascerentur, at multo magis oportet cauere iracundiam eos qui disputant. Melius enim iudicat qui vacat ita, Contra ira obstat animi iudicio.

Fac sumptum propere, cum res desiderat ipsa.

Dandũ etenim est aliquid, cũ tẽpus postulat, aut res,

Equidem opinor prompte legendum pro propere Sumptum qui necessario faciendus est, libenter & prompte facto, ne videaris grauatim facere. Nam aliquid omnino insumendum est, non passim, sed quoties tempus aut causa postulat. hoc est, in nuptijs, in festis, item in amicis. Planudes longe alium sensum expressit Græce.

και Δαπαναισ̄ χρω̄ μεις̄οσιν, εντε τᾱ πραγματᾱ απαιτεῑ
προς δε τᾱ πραγματᾱ καιρον̄ καταναλιστᾱ δεοντω̄τ.

Sentit enim amplos etiam sumptus faciendos, vbi res postulat. Cæterum ad res gerendas non temere insumendum tempus, quod huius sumptus sit præciosissimus.

Quod nimiũ est fugito. paruo gaudere memento.

Tuta mage est puppis, modico quæ flumine fertur.

Humilis fortuna tutior est, quam excelsa, vt nauis tutior, quæ in paruo est flumine, quam quæ in pelagi fluctibus natat.

Quod pudeat socios prudens cælare memento.

Ne plures culpent id, quod tibi displicet vni.

Ne iudicaueris amicis, aut ne committas testibus alijs. cuius te facti pudeat, ne plures reprehendant, si scierint id quod vni tibi displicet, si solus tibi conscius fueris, hoc est, si qd̄ peccas: peccesq; absq; arbitris. Nec hanc sententia n̄ intellexit Græcus Planudes. Sic enim ve tit,

παν̄ ο̄ φιλοῑσ̄ σοῑσ̄ αῑχος̄ προστρῑψεῑ μαλᾱ κεν̄θε̄
μη̄ μεῑζονταῑ σε̄ πλεῑστοῑ, ο̄ σε̄ μον̄νοσ̄ αν̄ιᾱ.

Id est. Quod amicis tuis probum sit allaturum valde occulta, ne in hoc reprehendant te plurimi, quod te solum cruciat.

Nolo putes prauos homines peccata lucrari,

LIBER SECVNDVS,

Temporibus peccata latent, & tempore patent.

Ne putes nocentes lucrari, hoc est, impune auferre sua peccata. Latent quidem, sed ad tempus postea patent, id est manifestantur. Tempus enim & celat & aperit omnia.

**Corporis exigui vires contemnere noli,
Consilio pollet, cui vim natura negauit.**

Noli cōtemnere inimicū, licet sit pusillo corpore. Nā sæpe qd' corpis viribus detractū est, natura addit ingeuū viribus. Quancūq; hæc sententia latius patet, nempe hominem non æstimandum proceritate, roboreq; corporis, sed animo potius.

**Quem scieris non esse parem tibi, tempore cede.
Victorem a victo superari sæpe videmus.**

Si senseris tibi rē esse cū potentiore, cede ad temp⁹ & sine penes illū esse victoriā. Nā incidit sæpenūtero oportūitas, vt mutatis vicib⁹ rerū, vincat, q' victus fuerat, & superior sit qui fuerit inferior. Cōuenit cū illo. Vir fugiens & denuo pugnabit. Quidam stulta pertinacia statim aut vincere volunt, aut pessundari.

Aduersus notum noli contendere verbis.

Lis minimis verbis interdum maxima crescit.

Eandem sententiam & ante legisti, cum familiaribus rixandum non est quod summa discordia soleat nasci ex verbulis leuissimis.

Quid deus intendat, noli perquirere sorte.

Quid statuatur de te, sine te deliberat ipse,

Nec hanc sententiam recte vertit Planudes, vertit enim ad hunc modū κληδοσι μη ιχνευε τι βουλευται εισ σε το θειον οττι γαρ ωρισε σου περι, σεο νοσφι τελεσσει. Et tamen aliud est persequere, aliud deliberare aut statuere. Verus autem sensus hic est. Ne sacrilegus ac malis artibus inquiras, quid de te futurum sit. Quandoquidem id deus sciri non vult. Neq; enim te in consilium adhibet. cum aliquid decernit de te. Quod si te vellet id scire, nimirum accerseret te in consilium

Inuidiam nimio cultu vitare memento.

Quæ si nō lædit, tamen hanc sufferre molestum est.

Et hanc sententiam non recte vertit Planudes. Sic enim reddidit, βασκανιην φυλχη παση τα μαλιστα φυλασσον. η κην μη βλαπησε φερειν γεμεν εστι βαρεια. Planudes enim (nimio cultu) vertit maximo studio. Porro german⁹ sensus sic habet. Ne nimio splendore strepitusq; vitæ cōflaueris tibi hominū odiū. Qui iam & si non possint te lædere, tamen molestum est viuere obnoxium

C A T O N I S.

odio multorum. At per se iucundum est omnibus esse charum, etiamsi nihil utilitatis inde capias.

Esto animo forti cum sis damnatus inique,

Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo,

¶ Ne abijcias animum, si aduersarius vicit te præter ius. Nec enim diu exultabit, sed quod perperam pronunciauit iudex, id deus reiudicabit.

Litis præteritæ noli maledicta referre,

Post inimicitias, iram meminisse malorum est.

¶ Post reditum in gratiam, non oportet litis antea actæ conuitia refricare, sed obliuisci superiorum iniuriarum. Finita enim simultate, debet & irarum esse finis. Secus autem facere, malorum est. Græci vocant *μνηστικησκησι*, verbo videlicet infami, præteritorum malorum memoriam.

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse.

Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Te ipsum nec vitupes, nec laudes, vtrūque enim videtur affectatis inanem gloriam. Nam & qui se vitupat, ob id facere videtur, ut refellatur ab alijs, & diuersa audiat.

Vtere quæsitis modice, cum sumptus abundat.

Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.

¶ Sera in fundo parsimonia. Dum adhuc multum superest, incipe parcere. Citius enim effluunt parta, quam colliguntur.

Insipiens esto cum tempus postulat, aut res,

Stulticiam simulare loco, prudentia summa est.

Aliquandò deponendum est supercilium, & remittenda seueritas, ut in conuiuijs, in lusu, deponenda persona sapientis, sumenda persona stulti, præsertim inter stultos, at ita ut stultum agas, non ut stultus fias. Summa enim prudentia est seruire temporibus. (Loco) id est, cum eo oportunitur. ita Terentius, In loco vobis laudo.

Luxuriam fugito, simul & vitare memento.

Crimen auariciæ, nam sunt contraria famæ.

¶ Pugnant inter se luxus & auaricia. Nam alterum est profusi, alterum sordidi. vtrūque vitium iuxta fugiendum est, utpote quod fedam pariat famam. Siquidem qui nimium parci sunt, audiunt *κυμινωπρησι*, id est cumini sectores. & *συκα μεριζε*, id est, ficos diuide, similiaque. Qui luxu sua profundunt, nepotes & lurcones appellantur.

Noli tu quædam referenti credere semper.

Exigua est tribuenda fides, qui multa loquuntur.

¶ Non statim habenda fides his, qui semper aliquid noui rumoris adferunt, de quibus aliorum factis nunciat aliquid. Parum enim credendum ijs, qui multa loquuntur, propterea quod huic vitio vanitas soleat esse adiuncta.

Quod potu peccas ignoscere tu tibi noli.

Nam nullum crimen vini est, sed culpa bibentis,

¶ **Vulgus ita solet excusare sua peccata, vinum in causa fuit. Bene potus hoc dixi, verū tibi ipsi imputa, non vino, quod tuo vicio noxiū fuit nō suo**

Consilium arcanum tacito commite sodali.

Corporis auxilium medico committe fideli.

¶ **In rebus arcanis & tacendis, caue ne quemuis consulas. sed eum duntaxat, cuius fidem in tacendo perspectam habeas, ne non solum non opituletur sed lædat etiam, & infamet. Neq; enim corporis vitia cuius aperis, sed medico notæ fidei, qui celet, & succurrat.**

SUCCESSUS indignos noli ferre moleste.

Indulget fortuna malis, vt lædere possit.

¶ **In hoc versu multi laborant. Quidam, s. elidunt in successus, verum tu si tollas tu, dictionem plane hic superuacua, nihil superest scrupuli. Ne te cruciet prosperitas, quæ nonnunquam contingit indignis. Non enim illis fauet fortuna, sed insidiatur, & illicit, vt postea grauius lædat.**

Prospice qui veniunt, hos casus esse ferendos.

Nam leuius lædit quicquid præuideris ante.

¶ **Quicquid accidere potest homini, id antequam accidat, tecum meditare, ne vt subito sit, si acciderit. Minus enim cruciat mala, quæ non accidunt inopinati.**

Rebus in aduersis animum submittere noli.

Spem retine, spes vna hominem nec morte relinquit

¶ **Cum fortuna sæuit, sustine te ipsum animi fortitudine, ac serua rebus secundis, nec abijcias spem, que sola nec morientem relinquit. Quandiu enim anima est, spes est. Et in pyxide Padora sola spes in labro hæsit. Ita Ouidius. Viuere spe vidi, qui moriturus erat.**

Rem tibi quam nosciscis aptam, dimittere noli,

Fronte capillata, post hæc Occasio calua.

¶ **Quoties fortuna offert comoditatem aliquam, quæ tibi sit apta, statim arripe. Nam Occasio frontem habet capillatam, vt ea parte teneri possit. verum si semel se verterit ab occipitio calua est, vt iam apprehendi nequeat, hoc est oportunitas cum contingit teneri potest, non redit autem cum voles, si neglexeris. Hic admonendum illud, quod Greci fingunt ne deo caeco, de quo nos copiose in puerbijs**

Quod sequitur spectata, quodque imminet ante videto

Illum imitare deum, qui partem spectat vtramque.

¶ **Ex præteritis futura collige. Ex præteritis bene secus vt gestis consilium cape, quod pacto futuris occurras. Exemplo Iani dei Romani, quem bifrontem fingebat antiquitas, quod oporteat prudentem virum $\pi\rho\sigma\sigma\omega\kappa\epsilon\iota\ \sigma\pi\iota\sigma\sigma\omega$, id est, a fronte, & a tergo, vt inquit Homerus, habere oculos. Illud autem sequitur nos, quod præterit.**

Fortior vt valeas, interdum parcior esto.

Pauca voluptati debentur, plura salutis.

C

C A T O N I S,

Vitæ rationem moderare magis ex salutis ac bonæ valetudinis ratione, quam voluptatis. Non enim in morbo tantū oportet ab intemperantia ca- uere, verum etiam cum recte valemus, parcius vtendū est rebus omnibus nēpe somno, potu, cibo, venere, lusu, ne in morbum incidamus. Et si non nihil dandum est voluptati, multo plus tamen salutis, qua perditā, pereunt simul & voluptates omnes.

Iudicium populi nunquam contempseris vnus,
Ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.

Nunquam optima placent multitudini, tamen sapientis est non pugna- re solum aduersus vniuersos. Nam frustra sapit, qui solus sapit, cum omni- bus desipere videatur.

Sit tibi præcipue, quod primum est, cura salutis.

Tempora ne culpes, cum sis tibi causa doloris.

Ante omnia bonæ valetudinis rationē habe, ne si tua intemperantia in morbū incideris, postea pudore reijcias culpā in cæli insalubritatē, aut lo- ci, sicuti vulgus solet. Nā pleriq; morbi nobis accidūt ex intēperantia vitæ.

Somnia ne cures, nam mens humana, quod optat

Cum vigilat, sperans per somnum cernit idipsum.

Quidam anxie obseruant sua somnia, & ex his de futuris æstimant. Cū somnia dormientium nascantur ex affectibus vigilantium, neq; significēt quid sit euenturum, sed quod aliquando cogitaueris, dormiētī representēt

LIBER TERTIVS.

Oc quicunq; velis carmen cognoscere lector

h Hæc præcepta feres, quæ sunt gratissima vitæ

Instrue præceptis animum, nec discere cesses.

Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.

Commoda multa feres, sin autem spreueris illud,

Non me scriptorem, sed te neglexeris ipse.

Hoc est præmij loco. Absq; ratione bñ viuendi vita nō est vita, sed simula crū mortis. Hoc carmē vtilissima vitæ p̄cepta tradit, si studeas cognoscere sin spreueris, te ipsum cōtempseris, nō scriptorē. Siq; dē tua res agit, nō illi?

Cum recte viuas, ne cures verba malorum,

Arbitrii nostri non est, quid quisq; loquatur.

Si male de te loquuntur mali, cum tu nil il facias mali, esto cōtentus cō scientia recte factorum. Nam in te situm est, vt bene agas. Non est in te sis tum quomodo de te loquatur hic, aut ille,

Productus testis, saluo tamen ante pudore,

Quantumcunq; potes celato crimen amici.

*Dicitur quidam in
Amor. Stultus qui
A somno se hinc in
mors inuenerit
hancque qui in
i tempora facta
da sunt
in galytota qui
omni qui observat
et somno primum
magna vult*

LIBER TERTIVS.

Si ceteris testis in crimine amici, celabis pro virili maleficium illius, ita tantum patieris & fama tua, & testimonij religio.

Sermones blandos, blesosq; cauere memento.

Simplicitas veri sana est, fraus ficta loquendi.

Veritatis simplex est oratio, insidiosa est blandiloquentia. Proinde suspecta semper esse debet prudentibus.

Segnitiam fugito, quæ vitæ ignauia fertur.

Nam cum animus languet, consumit inertia corpus.

Ignauia & ociosa vita fugienda est. Nā torpor animi corpori quoq; situm & languorē adducit. Animi exercitatio, corporis quoq; valetudini confert.

Interpone tuis interdum gaudia curis.

Vt possis animo quemuis sufferre laborem.

Animus serijs negotijs fatigatus, aliquando relaxandus est honestis, ac moderatis voluptatibus, vt iedi integratis viribus ad ferendos labores sufficiat. Nam Quod caret alterna requie, durable non est.

Alterius dictum aut factum, ne carpseris vnquam.

Exemplo simili, ne te derideat alter.

Quod in alios feceris, hoc in te fiet ab alijs, si libenter repræhendas aliorum facta dictaque, tuo exemplo & alijs in te vtentur.

Quæ tibi fors dederit tabulis suprema notato.

Augendo serua, ne sis quem fama loquatur.

Qd tibi obuenit ex testamēto tuo: id serua ne fias vulgo 'abla' (Que fors suprema). i. hereditas, dederit tibi notato. i. inscripto tabulis testamētarijs (vel notata). i. scripta tabulis. ea (augendo serua,) .i. ita serua, vt angeas etiā. Vulg⁹ em̄ mlta dicere solet in νεοπλουτων, i. nouas nactos diuitias

Cum tibi diuitiæ superant in fine senectæ.

Munificus facito viuas, non parcus amicis.

Est vitium hoc senibus peculiare, vt quo propius accedant ad mortem, hoc sint contractiores (Superant) id est supersunt, & abundant in fine senectæ) id est in extrema senectute, quam decrepitam vocant. Tum igitur dones, sed amicis, qui te foueant obsequijs.

Vtile consilium dominus ne despice serui.

Nullius sensum si prodest, tempseris vnquam.

Propter autoris humilitatem non est contemnenda salubris sententia. Nec spectandum est quis dicat, sed quid dicatur.

Rebus, & in censu, si non est, quod fuit ante,

Fac viuas contentus eo, quod tempora præbent.

*Pedro ...
Hoc reparat ...
vob ...
vra ...*

C A T O N I S.

Diminuta fortūa tua, nō est vtendū eodem splēdore, quo prius, sed cōten-
t^{er} eris eo genere vitę, qđ p̄sens fortūa tibi p̄bet. Et qđ adē boni cōsules.

Vxorem fuge, ne ducas sub nomine dotis.

Nec retinere velis, si cōeperit esse molesta.

(¶ Fuge) id est caue, ne ducas vxorem dotis causa. Et si duxeris dotatam
ne dotis respectu eam retineas, si tibi grauis sit, sed contempta dote repudi-
es. Quanc̄ id apud Christianos non habet locum.

Multorum disce exemplo, quę facta sequaris.

Quę fugias, vita est nobis aliena magistra.

(¶ Qui suis discunt periculis, quid expediat, magna mercede discunt, sapi-
ens, ex aliorum vita sumit viuendi consilium, Hoc illi infamiam conflauit,
cauebo ne quid simile faciam. Hoc illi bene cessit, imitabor.

Quod potes, id tentes operis ne pondere pressus,

Succumbat labor, & frustra tentata relinquo.

(¶ Prius expende vires tuas, quam aggrediare negocium, ne postea vict^o
difficultate, turpiter relinquo, quod temere suscepisti.

Quod nosti haud recte factum, nolito tacere.

Ne videare malos imitari velle tacendo.

(¶ Noli dissimulare, si quid videris non recte fieri, videberis enim probare
cum siles. Silentium enim aliquando consensus esse videtur.

Iudicis auxilium, sub iniqua lege rogato.

Ipse etiam leges cupiunt, vt iure regantur.

Si p̄meris iniqua lege, hoc est, dura & inhūana cōfugias ad iudicis eq̄tatē Nō
em hoc est cōtra leges, sed ex mēte legū, vt ad eq̄tatē redigant & tēperēt

Iniqua lex est, cū sūmo iure cōtendit veluti si paup in vincula cōijciat, qđ
nō alat patrē, cū lex dicat Liberi parētes alat, aut vinciant. Aliqñ lex duri-
or est, vt terreat iu his iudex, hoc est, prātor, aut princeps potest succurere.

Quod merito pateris patienter ferre memento.

Cumq; reus tibi sis, ipsum te iudice damna.

(¶ Incōmodū quod tua culpa tibi accidit, nō imputabis alij q̄ tibi, & cū tibi
sis cōsciū, damna te ipsum. tuq; iudex esto, & ea te p̄na dignū existiato

Multa legas facito, perlectis perlege multa.

Nam miranda canunt, sed non credenda poetę.

Mulca quidem legas, sed cum iudicio. Nec enim omnia vera sunt quę les-
gis apud poetas. Fortassis pro perlege, legendum est perline, hoc est dele
& corripit, etiam si Planudes vertit ΜΕΤΕΡΧΕΟ.

Inter conuiuas fac sis sermone modestus,

Ne dicare loquax, dum vis vrbānus haberi.

Dido Ouidi:
I reme de
V X Lepus
ij Apuro:
Liquit de me
vito opus quid
pauca de
nō est de
mit in de quid
du opus

LIBER QVARTVS,

In foro locus est eloquentiæ, in cubiculo silentij, in conuiujs alternis, ac moderatis sermonibus vti conuenit, ijsq; venustis & amœnis. Quidã dũ urbanitatẽ affectat, loq̃ citate molesti sũt reliqs cõuiuis quib9 nõ reliquũt Cloquendi spacium.

Coniugis iratæ noli tu verba timere.

Nam lachrymis struit insidias, dum fœmina plorat.
Vxores lachrymas habent in promptu. His expugnant viros. Admonet igitur, ne quid commoueamur huiusmodi lachrymis. Fingũt enim eas sæpenuero, quo viros suos fallant, veluti cum simulant se cõmoueri zelotypia, vt suum adulterium dissimulent, aut iratas se fingunt ei, quem efflictim amant, Pro noli tu, legendum arbitror nolito,

Vtere quæsitis, sed ne videaris abuti.
Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur.

Vtere quæ parasti, nõ abutere, ne profusis bonis tuis, cogaris vel impudenter rogare aliena, vel seruiliter ex alieno viuere, vel piculose furari aliena

Factib proponas mortem non esse timendam.
Quæ bona si non est, finis tamen illa malorum est.

Mors vel ob hoc timenda nõ est, quod finis est omniũ huius vitæ malorũ

Vxoris linguam si frugi est, ferre memento,
Nanq; malum est, nil velle pati, nec posse tacere.

In amicis leuiuscula quædam vitia ferenda sunt, si alioqui probi fuerint, velut in vxore si paulo sit loquacior, aut linguæ procacioris, ferendum est, si alioqui pudica est, & frugi, hoc est suo fungens officio. Maxime quod linguæ morbus ei sexui peculiaris est. Malus est, qui nihil vitij ferre potest in alijs, præsertim cum res facilis sit tacere. Sic enim vxor desinet obgannire, si nihil respondeas, quemadmodum solitus est Socrates.

Dilige non ægra charos pietate parentes.
Nec matrem offendas, dum vis bonus esse parenti

Pietas, amor, & cultus est erga parentes, patriam deum, & si quis loco parentum est. Quidã veluti legibus coacti colũt parentes, non ex animo. Dilige parentes charos pietate non ægra, i non coacta, neq; grauatim, sed prompte & alacriter. Et si quid inciderit dissidij inter parẽtes, ita alteri obsequaris, vt alterum non offendas, sed pietas tua careat omni molestia.

Ecuram quicunq; cupis traducere vitam.
Nec vitij herere animũ, quæ moribus obsũt,

Hæc præcepta tibi semper relegenda memẽto
Inuenies aliquid, in quo te vtare magistro.

Et hoc præmium est quarti libri. Si vis esse liber ab omnibus vitij, & nullius mali tibi conscius viuere, hæc semper habeas præ manibus. In quibus inuenies, in quo teipso magistro possis vti, hoc est, vt ipse regas ac modereris vitam tuam, adiutus his præceptis.

*Dicitur Ouidium: ij
vnu dicitur vnu
p. 1. M. v. l. u. g.
v. n. i. o. m. a. n. u. s.
v. r. a. n. s. t. o. N. t.
S. l. o. r. a. n. t. o. n. i. b. u. s. t. u. i.
d. i. u. s. p. r. o. s.*



Despice diuitias, si vis animo esse beatus.

Quas qui suspiciunt, mendicant semper auari.

Nō iubet abijcere diuitias, sed non magnifacere. Etem q̄ has suspiciunt. hoc est mīratur ac magnifaciunt, dum non audent vti quæ possidēt & semper aliquid accumulāt. semper mendicant, hoc est egeni sunt.

Commoda naturæ, nullo tibi tempore deerunt.

Si contentus eo fueris, quod postulat vsus.

Si metiaris sūpt⁹ vsu, hoc ē necessitate, nō ambitōe, neq; voluptate, nūq̄ tibi deerūt cōmoditates naturæ, q̄ pauc⁹ p̄tēta ē cū cupiditates. imēsu desiderēt.

Cum sis incautus, nec rem ratione gubernes.

Noli fortunam, quæ non est, dicere cæcam.

Si res male tibi succedūt tuapte negligētia, ne cōferas culpā in fortunam vt illam cecā apelles, cū tu ipse magis parum prospexeris. Potest accipi bīz fariam (quæ non est) i quæ nulla est. Fingunt enim mortales hanc deam, cū nulla sit. Aut (quæ non est) subaudi, cæca.

Dilige denarium, sed parce dilige formam.

Quam nemo sanctus nec honestus captat habere.

Amare pecuniam ad vsu, prudentis, est, amare vt forma pascas oculos auari ac dementis. Denarium volunt omnes, formam soli mali captant.

Cum fueris locuples, corpus curare memento.

Aeger diues habet nummos, sed non habet ipsum.

Cū agit de corpis valetudīe ne tū p̄cas diuitijs tuis. Etem q̄ morbo nō succurrit, ne miuat pecuniā, is habet qdē nūmos at seipm nō habet cū male valet. Mauult nūmos esse saluos, q̄ seipsum, & illis frui, quam seipso.

Verbera cum tuleris discens aliquando magistri.

Fer patris imperiū cum verbis exit in iram.

Vapulasti puer a preceptore, cū disceres literas. Multo magis ferre conuenit, cū pater te verbis obiurgat, Tulisti literatoris tyrannidē multo sauiorē, feras & patris imperiū, qui etiā cū irascitur, tamē a verberib⁹ tēperat.

Res age quæ profunt, rursus vitare memento.

In quibus error in est, nec spes est certa laboris.

De qb⁹ dubites ea ne feceris. Age illa ex qb⁹ certa sperat vtilitas. Rurs⁹ in qb⁹ falli potes, & incertū est p̄ futura ne sint, an nocitura, ab ijs abstinēas.

Quod donare potes, gratis concede roganti.

Nam recte fecisse bonis in parte lucorum est.

Dōa libēt si qd potes. Nā lucrū ē, nō dānū, qd cōtulerit i bonos et bñficiū dādo accipit, q̄ digno dedit. Redit enī cum fenore, qd p̄bo viro bñfeceris.

Quod tibi suspectum est, confestim discute quid sit.

Namq̄ solent primo quæ sunt neglecta nocere.

Quæ suspicionē habēt mali, ea noli negligere, sed statim examina et exgre curi iusmodi sint. Nā in iis facile medebere, si qd mali sit, ac neglecta crescūt, ac maxie ledūt postea. Veluti si suspicaberis amicū alienore re eē in te anio noli negligere, qd sibi velit, sed excute, vñ hoc natū sit. Et si qd est, statim occurre.

Cū te detineat veneris damnosa voluptas. (nascēti malo.

Indu'gere gulæ noli, quæ ventris amica est.

Caue ne duplices morbū tuū vn̄ enī vtrūq̄ ferē duo simul ferri nō possūt. Amare dānosa res, dānosa gula. Qd' si pariter vtroq̄ laboras malo superest vt mox ad egestatē redigaris. Gulā vocat studiū, exq̄sitorū ciborū, eāq̄ dicit v̄tris amicā, qd' per eā venter saginatur, res & fama decrescit.

Cum tibi prepronas animalia cuncta timere.

Vnum hominem tibi præcipio plus esse timendum.
Cū tua spōte putes oēs feras eē timēdas, meo p̄cepto vnū animal maxie times, nepe hominem. Nā nulla belua magis homini nocet, q̄ homo homini.

Cum tibi præualidæ fuerint in corpore vires

Fac sapias, sic tu poteris vir fortis haberi.

Si natura dedit vires corporis, non statim vir fortis eris, nisi adiunxeris ingenij vim, hoc est sapientiam, qua corporis robore recte vtaris.

Auxilium a notis petito, si forte laboras.

Nec quisquam melior medicus, quam fidus amicus.

Corporis morbos ap̄is medico. Animi morbos ap̄i fideli amico. Ille pharmaca sanat, hic v̄bis. Alit', si qd morbi iciderit, magis amicū accersere: q̄ medicū.

Cum sis ipse nocens, moritur cur victima pro te?

Stulticia est morte alterius sperare salutem.

Veteres credebant expiari scelus cōmissum mactata pecude, quæ nihil cōmiserat. Et pro alieno peccato innocens dabat penas, cū is qui peccauit, potius mactari debuerit, quā victima. Stulte autem sperabant alienā mortem sibi saluti fore, cū sua quisq̄ mala de suo dependeat, oportet.

Cum tibi vel socium, vel fidum quæris amicum.

Non tibi fortuna est hominis, sed vita petenda.

Amic⁹ quē velis adiūgere, nō ē æstimād⁹ e cēsu, sed ex morib⁹ idē oportet.

Vtere quæ sitis opibus, fuge nomē auari. (fieri in vxorib⁹

Quid tibi diuitiæ profunt, si pauper abundas?

Frustra pasti diuitias, si quis vti nō audes, et iter magnas opes viuis iope. Nihil enī refert habere si q̄ habes nihilo pl⁹ tibi, p̄sunt q̄ ea quæ nō habes.

Si famam seruare cupis, dum viuis, honestam,

Fac fugias animo, quæ sunt mala gaudia vitæ.

C A T O N I S,

Si cupis honestam tueri famam, noli amare voluptates inhonestas, neque gulae, libidinis, & similia.

Cum sapias animo, noli irridere senectam.

Nam quicumque senet, sensus puerilis in illo est.

Cum per aetatem vigeat ingenium tuum, & animi vis, noli deridere senectutem, quae minus animo valet. Desipiscit enim omnis senex, & ad puerilem stulticiam redit. Aetatis igitur vitium ferendum, non irridendum est.

Disce aliquid, nam cum subito fortuna recedit.

Ars remanet, vitamque hominis non deserit unquam.

Opes saepe numero subito fortuna eripit homini, veluti incendio, furto, bello, naufragio, verum ars eripi non potest. Haec itaque certissima possessio est, quae semper & ubique te possit alere.

Perspicito cuncta tacitus, quid quisque loquatur.

Sermo hominum mores & caelat & indicat idem.

Nulla res magis arguit & aperit vitam & ingenium hominis, quam illius oratio. Hoc est certissimum animi speculum. Igitur si vis hominem cuiusmodi sit, cognoscere, perpende te ipsum. qualis sit illius oratio. Sermo indicat mores hominis, si loquatur ex animo. & caelat idem, si vel tacias, vel dissimulater loquaris.

Exerce studium, quamvis perceperis artem.

Vt cura ingenium, sic & manus adiuuat usum.

Vt evanescent disciplinae, nisi exercitatione confirmes, sic artificium opere confirmandum erit, ne excidat.

Multum ne cures venturi tempora fati.

Non timeat is mortem, qui scit contemnere vitam.

Si vis liber esse a metu mortis, disce vitam non magnifacere. Et quemadmodum eleganter docet Aristoteles, nullius rei iucunda fruitio est, nisi quam aliquo modo contempseris.

Disce sed a doctis, indoctos ipse doceto.

Propaganda etenim rerum doctrina bonarum,

Disce non a quibus, sed ab his qui possunt docere. Rursum quod ab aliis didiceris id aliis impartiri. Utilium enim rerum scientia non est praemenda, sed per manus tradenda.

Hoc bibe quod possis, si tu vis vivere sanus.

Morbi causa mali est homini quandoque voluptas.

Ne biberis supra vires. Brevis enim illa bibendi voluptas, saepe numero conciliat homini molestum & diuturnum morbum.

Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris.

Hoc vide, ne rursus leuitatis crimine damnes.

Levis & incostans videberis, si quod aliquando coram multis laudaris, idem postea damnes. Quod si mutasti sententiam, fac sileas. Fortasse pro-

LIBER QVARTVS:

vide legendum est fuge (Crimine) id est suspitione , & cum vituperio.

Tranquillis rebus quæ sunt aduersa caueto.

Rursus in aduersis melius sperare memento.

Ne securus sis cum fortuna tranquilla est, sed tempestatem caue. Rursum cum fortuna fauuit animu sustine, spe melioris fortunæ quæ successura sit. In secundis rebus timenda sunt aduersa, ne sis lupinus. In aduersis speranda sunt letiora ne deficias

Discere ne cesses, cura sapientia crescit.

Rara datur longo prudentia temporis usu.

Iuxta Solonis sententiam, oportet senescere semper aliquid addiscetes. Nam (rara) hoc est singularis, & eximia prudentia, contingit longo usu. id est diuina experientia ætatis. Quanquam mihi magis probatur, hic ut sit sensus Sæper discere, studio crescit sapientia, Nam pauci sunt qui prudentes euadunt experientia rerum, vel quia paucis contingit diu viuere, vel quia complures stulticia non exiunt hac via. Certissima ac breuissima ad sapientiam via est doctrina.

Parce laudato, nam quem tu sæpe probaris,

Vna dies, qualis fuerit, monstrabit amicus,

Ne laudes amicum effusius, cuius non feceris periculum, siquidem ille sæpius abs te laudatus, vno aliquo die declarabit alium fuisse se, quam tu prædicaris.

Ne pudeat, quæ nescieris, te vellere doceri,

Scire aliquid laus est, pudor est nil discere velle.

Quidam stulto quodam pudore malunt semper nescire, quam semel discere, cum scire pulchrum sit, & pudendum nihil velle discere. Ergo honestum velle.

Cum Venere & Baccho lis est, & iuncta voluptas,

Quod lautum est animo complectere, sed fuge lites.

Excerpe quod inest boni. fuge quod adiunctum est mali. Exhilarat potatio discutit curas, vtere hac comoditate, sed rursus ebrietas incitat ad iurgia. hoc caue Item Venus delectat, sed habet sua iurgia. Ama igitur absque dissidijs,

Demissos animo, ac tacitos vitare memento.

Qua flumen placidum est, forsan latet altius vnda.

Tristes ac tacitos vita, videntur enim aliquid magni mali moliri. Quæadmodum cauendum est flumini ea parte quam tranquillum est. Nam illud profundissimum esse solet. Ita Cæsar magis metuebat Brutum & Crassum, pallidos ac tacitos, quam Antonium ebrium.

Cum tibi displiceat rerum fortuna tuarum,

Alterius spectata, quo sis discrimine peior.

Quoties tedet te tuæ sortis, confer eam cum aliorum fortuna, & videbis te nihil peiorem, hoc est infeliciorem multis,

Quod potes id tenta, nam littus carpere remis.

Tutius est multo, quam velum tendere in altum.

C V

C A T O N I S.

Agredere tuta magis quam magna. Tutius enim tuto nauigare iuxta litus, et remus
vtilis, quam periculis velis periclitari in fluctibus. Nec enim omnibus fauent venti fortunæ.

Contra hominem iustum, praeue contendere noli.

Semper enim deus iniustas ultiscitur iras.

Noli praeue, hoc est maliciose, & data opera, ac peruerse contendere cum
homine iusto. Nam deus nunquam hoc relinquit inultum.

Ereptis opibus noli gaudere merendo.

Sed gaude potius, tibi si contingat habere.

Si diuitiae contingunt gaude, si ereptae fuerint, noli te cruciare, sed tunc vtere
philosophia. Neque enim tamen boni habet, ut sit admodum dolendum si pierint, ne
quod rursus tantum mali, ut non sint libenter accipiendae, si forte contigerint.

Est iactura grauis, quae sunt amittere damnis,

Sunt quaedam quae ferre decet patienter amicis,

Si verbulo laedat amicus ferendum est. Ad damna rerum nemo potest
aequo animo ferre. In his igitur cauendum, ne laedamus amicum.

Tempora longa tibi noli promittere vitae.

Quocumque ingrederis sequitur mors, corporis umbra

Nemo potest sibi longaeuitatem promittere cum mors hominem quocumque eat, non aliter
insequatur, quam umbra corpus. Fortasse legendum, corpus ut umbra.

Thure deum placa, vitulum sine crescat aratro.

Ne credas placare deum, dum caede litatur.

Non gaudet deus morte pecudum, ergo thure litandum est illi, hoc est re innocua
& minimi sumptus. At hodie plerique Christianorum, licet apud hos sub
stantia sit mos imolandi pecudes, tamen deum ac diuos sibi tantum non deuinctos esse
putant, si eis gemas, aurum, argentum, ac serica suspenderit, vel ostentanda
tantum, vel in luxum paucorum vertenda immemores haec semper a sanctis fuisse
contempta & si forte obtigerunt, in argentum usus fuisse effusa.

Cede locum laesus fortunae, cede potenti.

Cedere qui potuit, prodesse aliquando valebit.

Qui rem habet cum periculis, quam prodesse possunt in multis. necesse est, ut alii
quam nullas iniurias, id est, tacite ferat. Ledunt enim aliquando potentes, & tyrannidem
exercet. Hic igitur prudens illis debet cedere, ut postea per illos suis prodesse pos
sit. Nam si resistens reddiderit eos hostes, nec sibi nec suis prodesse poterit.

Cum quid peccaris castiga te ipse subinde.

Vulnera dum sanas dolor est medicina doloris.

Vbi senserit te alicubi peccasse, statim pena sumito de teipso, et noli tibi ignoscere.
Teipsum obiurga, tibi ipsi laboris aliquid indicito. Nam ut in sanandis
vulneribus, dolor dolore sanat, siquidem ne doleat vulnus, infundis acria, quae
mordet, sic ista reprehensio taceris amara est, tamen medetur vitio animi.

LIBER QVARTVS.

Damnaris nunquam post longum tempus amicū.

Mutauit mores, sed pignora prima memento.

Si is cū q̄ tibi fuit diutina p̄suetudo forte mutatis morib⁹ alius eē cepit, hoc debes tribuere veteri necessitudini ne vitupes eū, etiā si nō ē dign⁹ q̄ amet

Gratior offitiis quo sis mage, charior esto,

Ne nomen subeas quod dicitur officiperda.

Vt sis charus oībus, esto grat⁹ (officijs) lib̄ficijs & b̄meritis. Inuisū enī apud oēs est nomē officiperdæ. Sic enī vocant eū, in quē collocatū officiū perditur. Nihil enim tam perit, atq; id quod confertur in ingratum.

Suspectus, caueas, ne sis miser omnibus horis.

Nam timidis & suspectis aptissima mors est.

Qui sibi fingit piculū, is nuq̄ nō miser uiuit. Nihil igit̄ huic apti⁹, q̄ mors quādoquidē nō pōt iucūde uiuere. Suspect⁹ hic accipit actiue p̄ suspicioso

Cum fueris seruos proprios mercatus in usus.

Et famulos dicas, homines tamen esse memento.

Sic vtere seruis tuis licet empticijs, vt memineris homines esse, nō pecudes. Quod empti sunt fortuux fuit, qd̄ homines sunt, in hoc tibi sunt pares.

Quam primum rapienda tibi est occasio prima,

Ne rursus quæras, quæ iam neglexeris ante.

Occasio, quā ante dixit frontem habere capillatam, statim est arripienda, ne si se subdixerit, frustra quæras postea, quæ prius cōtempseras.

Morte repentina noli gaudere malorum,

Felices obeunt, quorum sine crimine vita est.

Si mali subito moriāt, dolendū magis est, quā gaudendū. Gaudēdū potī⁹ in morte bonorū, q̄rū mors felix ē, vel sic, vt vertit Planudes, rametsi mal⁹ autor. Si videret malos subito tolli noli gaudere, Cōtingit idē bōis vir⁹ et innocētib⁹, vt itelligas hoc casu accidere, nō vidiētā numis. Vers⁹ ipi⁹ ascrib̄

μη επιχαίρε κακῶν θανατοῖς φιλοῖς ἐζαπιναιῖς (bam. ὀτι καὶ εὐδαλοὶ θνησθουσ. ὠβηῖος ἀμοφοσ ἀγρουσ.

Hæc indicauī, non vt insecter Planudem, sed vt nobis Græci vicissim ignoscant, sicubi labimur in peregrina lingua.

Cum coniunx tibi sit, nec res, & fama labore.

Vitandum ducas inimicum nomen amici.

Si paup̄ habueris vxorē q̄ labore fama, hoc ē, de q̄ hoīes male loquāt (ducas) i. existēs, nomē ami i vitandū eē, vtpote inimicū famæ tuæ, videberet enī p̄stituere vxorē, hoc p̄textu, et hoc nomē diuites pauperū vxores capiant.

Cum tibi contingat studio cognoscere multa,

Fac discas multa, vites nescire doceri.

Quo plura didicerit, hoc plura stude cognoscē, Ne videarē idocilē vlli⁹ rei

D I C T A.

Miraris verbis nudis me scribere versus?

Hos breuitas sensus fecit coniungere binos.

Sententia nudis verbis explicanda est. Melius enim meminimus quæ breuia sunt. Iccirco nudis verbis singula præcepta singulis distichis cõplecti voluit: vt apertior esset, & breuior.

Finis. Erasmo castigatore & interprete.

DICTA SAPIENTVM E GRAECIS VT HABEANTVR

a nescio quo, Græculo vtcunq; collecta, Erasmo interprete.

Periandri Corinthii.

Omnibus placeto. Bona res quies.

Periculosa temeritas.

Sp voluptates sunt mortales, honores aut̃ imortales

Amicis aduersa fortuna vtentibus idem esto,

Lucrum turpe, res pessima.

Quicquid promiseris facito.

Infortuniũ tuũ cælato, ne voluptate afficias inimicos

Veritati adhæreto. Age quæ iusta sunt.

Violentiam oderis. Principibus cede.

Voluptati tempera. A iureiurando abstine.

Pietatem sectare. Laudato honesta.

A vitiis abstine. Beneficium repende.

Supplicibus misericors esto. Liberos institue.

Sapientum vttere consuetudine. Litem oderis.

Bonos in habeto precio. Audi quæ ad te pertinent.

Probrum fugito. Responde in tempore.

Ea facito, quorum non possit poenitere.

Ne cui inuideas. Oculis moderare.

Quod iustum est imitare.

Bene meritos honora. Spes foue.

Calumniam oderis. Affabilis esto, Cum erra-

S A P I E N T I V M.

ris muta consilium. Diutinam amicitiam custodi.
 Omnibus teipsum præbe. Concordiam sectare.
 Magistratus metue. Ne loquaris ad gratiam.
 Ne tempori credideris. Teipsum ne negligas.
 Seniore[m] reuerere. Motem expete pro patria.
 Ne quauis de re doleas. Ex ingenuis liberos crea.
 Sperato tanquã mortalis. Parcito tanquã imortalis.
 Ne efferaris gloria. Arcanum cela.
 Cede magnis, Oportunitatem expectato.
 Mortalia cogita. Largire cum vtilitate.
 Ne prior iniuriam facias. Dolorem fuge.
 Mortuum ne rideto. Amicis vttere.
 Consule inculpate. Delecta amicos.

EIVSDEM PERIANDRI EX AVSONIO, carmine phalecio. Atq; in his extrema
 sententia semper est gemina, & disticho comprehenditur.

Nunquam discrepat vtile a decoro.

Id est, nihil vtile, quod non honestum.

Plus est sollicitus, magis beatus.

Id est quo quisq; ditior, hoc magis sollicitus viuit.

Mortem optare malum, timere peius.

Miser est, cuius animo vitæ mortem optat, sed miserior qui semper timet mortem.

Faxis, vt libeat, quod est necesse.

Quod necesse est facere, fac vt libenter facias.

Multis terribilis, caueto multos.

Quem multi timent, is multos timeat necesse est.

Si fortuna iuuat caueto tolli

Ne extollaris fortunæ prosperitate,

Si fortuna tonat, caueto mergi.

In rebus aduersis ne frangaris animo.

Biantis e Græca collectione.

D I C T A.

¶ In speculo teipsum contemplare, & si formosus ap-
parebis, age quæ deceant formam. Sin deformis, qd
in facie minus est, id morum pensato pulchritudine.
De numine ne male loquere, quid sit autem ausculta.
Audito multa, loquere pauca. Prius intellige, & de-
inde ad opus accede. Ne ob diuitias laudaris virum
indignū. Persuasione cape, non ui. Cōpara in ado-
lescētia quidem modestiā, in senectute vero sapientiā.

EIVSDEM EX AVSONIO CARMINE HEROICO.

Quænam summa boni? mens quæ sibi cōscia recti,

Id est, quid optimum? Animus bene sibi conscius.

Pernicies homini que maxima? solus homo alter.

Id est, homini maxima perniciēs est ab homine.

Quis diues? qui nil cupiat, quis pauper? auarus.

Diues est, non qui multa possidet, sed qui sua sorte contentus est. Auas-
rus omnis pauper est, qui quod habet, non habet.

Quæ dos matronis pulcherrima? vita pudica.

Mulier etiam indotata: satis dotata est, si casta est.

Quæ casta est? de qua mentiri fama veretur.

Casta non est, de qua fama turpiter loquitur.

Quod prudentis opus? cum possit nolle nocere.

Proprium prudentis est, etiam cum possit, nolle tamen vlcisci.

Quid stulti proprium? non posse & velle nocere.

Malus etiam cum non possit, optat tamen lædere.

Pytaci Mytileni ex Græco.

Quæ facturus es, ea ne prædixeris. Frustratus enim
rideberis. Deposito redde.

A familiaribus in minutis rebus læsus feras.

Amico ne maledixeris. Inimicum ne putes amicum.

Vxori dominare. Quæ feceris parentibus, eadem a
liberis expecta.

Desidiosus ne esto. Inter amicos ne fueris iudex.

Ne contende cum parentibus, etiam si iusta dixeris.

S A P I E N T I V M,

Ne geras imperium, priusquam parere didiceris.
Infortunatum ne irriseris.

Ne lingua præcurrat mentem.

Quæ fieri non possunt caue concupiscas.

Ne festinatis loqui, Legibus pare.

Nosce te ipsum. Ne quid nimis.

Ante omnia venerare numen. Parentes reuerere.

Audito libenter. Voluptatem coerce.

Inimicitiam solue.

Vxorem ducito ex æqualibus, ne si ex ditioribus duxeris, dominos tibi pares, non affines.

Eiusdem ex Ausonio carmine iambico timetro.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.

Eiusdem est artis recte tacere. & recte loqui.

Bono probari malo quam, multis malis.

Nō refert, q̄ multi laudēt te, sed q̄les. Nā ab improbis laudari, vitupari ē,

Demens superbis inuidet felicibus.

Stultici ē cruciari felicitate malorū, q̄si in vulgarib⁹ hōis sit sita felicitas

Demens dolorem ridet infeliciū.

Aeq; stultū est gaudere calamitate malorū, q̄si nō & ante fuerit infelices

Pareto legi, quisquis legem sanxeris.

Quod alijs præscripseris, ipse seruato.

Plureis amicos re secunda comparcs.

Prospera fortuna conciliat multos amicos

Paucos amicos rebus aduersis probes,

Sed reflante fortuna pauci manent, sed sinceri.

Cleobuli Lindii.

Ne sis vnquam elatus. Domus curam age.

Libros euolue. Liberos tibi charissimos erudi.

Iuste iudicato. Bonis benefacito.

A maledicentia temperato. Suspitionem abiicito.

Parentes patientia vince. Beneficij accepti memento.

D I C T A.

Inferiorem ne reiicias. Aliena ne concupiscas.

Ne teipsum præcipites in discrimen.

Res amici diliges, vt perinde serues, vt tuas.

Quod oderis, alteri ne feceris.

Ne cui miniteris, est enim muliebre.

Citius ad infortunatos amicos, quam fortunatos pro-

Lapis auri index, aurum hominum. (ficiscere.

Voto nihil preciosius.

Mendax calumnia vitam corrumpit.

Mendaces odit quisquis prudens ac sapiens.

EIVSDEM EX AVSONIO CARMINE ASCLEPIADEO

Quanto plus liceat, tam libeat minus.

Quo potentior es, hoc magis caue, ne quid pecces, & quo plus tibi per-
mittit homines ob principatum, hoc ipse minus permittas tibi.

Fortunæ inuidia est, immeritus miser.

Cum bonis male est, fortunæ imputat, cū ea sæpe magnarū sit culpa.

Felix criminibus nullus erit diu.

Felicitas malo parta, non est diuturna.

Ignoscas aliis multa, nihil tibi.

In alios leuis esto, in teipsum seuerus.

Parcit quiq; bonis, prodere vult bonos.

Qui bonos viros tradit in manus bonorum, is seruat non perdit, quos

prodit. Quanc; suspicor legendum,

Parcit quisque bonis perdere, vult malos,

vt sit sensus. Qui malos ac nocentes afficit supplicio, is miseretur bonorum

& innocentium, quos ab horum violentia liberat.

Maiorum meritis gloria non datur.

Laus parentum non tribuitur posteris.

Turpis sæpe datur fortuna minoribus.

At probra parentum sæpe obijciuntur liberis.

Chilonis Lacedæmonii.

Nosce teipsum. Ne cui iuuideas mortalia.

Temperantiam exerce. Turpia fuge.

S A P I E N T V M.

Tempori parce. Iuste rem para.
Multitudini place. Sapiencia vtere.
Moribus probatus esto. Ne quid suspiceris.
Oderis calumnias. Ne fueris onerosus.

EIVSDEM EX AVSONIO CARMINE CHO
riambico ex Choriambis tribus et amphibracho.

Nolo minor me timeat, despiciatq; maior.

Sic est moderanda vitæ ratio, vt ne in erroribus sis formidini, quod est tyrannicum, nec superioribus contemptui, quod est abiectæ fortunæ.

Vive memor mortis, immemor vt sis salutis.

Sic fuge turpia, quasi hodie moriturus. Sic cura honesta studia, quasi semper victurus. Quando hic versus deprauatus est, suspicor ita legendum
Vive memor mortis, vt sis & memor salutis.

Tristia cuncta exuperans, aut animo aut amico,

In rebus aduersis, aut amici cōsuetudine falle mœrorē, aut aīo. te sustine

Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.

Bene facta tua prædicent alijs.

Grata senectus homini, quæ parilis iuuentæ.

Florida senectus simillima est adolescentiæ.

Illa iuuentus grauior, quæ similis senectæ.

Morosa iuuentus simillima est senectuti.

Solonis Atheniensis ex Græco.

Deum cole. Parentes reuerere,

Amicis succurre. Nemini inuideto.

Veritatem sustineto. Ne iurato.

Legibus pareto, Cogita quod iustum est.

Iracundiæ moderare. Virtutem laudato.

Malos odio prosequitor.

EIVSDEM EX AVSONIO CARMINE TROCHAICO

Dico tunc vitam beatam, fata cum peracta sunt.

Nemo beatus, nisi qui feliciter obierit diem.

Par iugato coniunx, dissidet quod, impar est.

Firmissima est amicitia, quæ inter pares coñt.

Non erunt honores vsquam fortuiti muneris,

Honos verus virtutis est præmium, non munus fortunæ.

D

D I C T A.

Clam coarguas propinquum, sed palam laudaueris.

Amicum laudato palam, sed errantem occulte corripe.

Pulchrius multo parari, quam creari nobilem.

Clarior est nobilitas, quam ipse tuis virtutibus tibi pararis, quæ ex maiorum imaginibus contigit.

Certa si decreta fors est, quid cauere proderit?

Si fatum vitari non potest, quid prodest præscisse?

Siue sunt incerta cuncta, quid timere conuenit?

Si incertum, stultum est timere, quod an euenturum sit nescias,

Thaletis Milesii, ex Græco.

Principem honora. Amicos probato.

Similis tui sis. Nemini promittito.

Quod adest, boni consulito. A vitiis abstineto.

Gloriam sectare. Vitæ curam age.

Pacem dilige. Laudatus esto apud omnes.

Sufurronem ex ædibus eiice.

EX AVSONIO VERSU PENTHAMETRO.

Turpe quid ausurus te sine teste time.

Quod apud alium puderet facere, ne solus quidem ausis facere, veluti seipso teste,

Vita perit, mortis gloria non moritur.

Quod facturus eris, dicere sustuleris.

Sile si quid est in animo facere, ne quis impediat.

Crux est, si metuas, vincere quod nequeas.

Augēt sibi molestiam qui timet quod vitari non potest.

Cum vere obiurgas, sic inimice iuuas.

Præstat vere carpi ab inimico, quam falso laudari ab amico.

Nil nimium, satis est, ne sit & hoc nimium.

Ne quid nimis. Nam modus omnibus in rebus optimus.

SEQVNTVR MIMI PVBLIANI, AB ERASMO
CASTIGATI ET ELVCIDATI.

ERASMVS ROTERODAMVS LECTORI S.

In hos deprauatissime scriptos repperi cōmentariolos, longe prodigiosiores, quā in Catonem, qui neq; cælum neq; terram attingerent, & tamē accuratissime depictos, ceu rem sacram. O sæculum illud inelix. Sunt plures

S A P I E N T I A M,

riq; senarij iambici. si quod diuersum genus inciderit annotabimus. Cæte-
rum qui scire volet a quam portentosis mēdis hos mimos vindicauerim⁹,
is conferat cum ijs, quos ante nostram æditionem habebant vulgati codi-
ces. Vale lector, & fruire.

Alienum est omne quicquid optando euenit.

Sensus est, id quod nostro studio paratur, vere nostrum est, quod votis
contingit alienum est, nempe quod fortuna possit eripere.

Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Qualis fueris in alios, tales alij futuri sunt in te.

Animus vereri qui scit, scit tuto aggredi.

Qui intelligit periculum, is nouit cauere periculum. Temeritas autem
periculose rem aggreditur, quia nescit timere.

Auxilia humilia firma consensus facit.

Concordia fortia facit, etiam quæ sunt imbecilla, contra discordia maxi-
mas opes debilitat.

Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.

Nobis in manu est non incipere amare, vbi coeperis, iam illi seruus es,
nec potes excutere cum velis.

Aut amat, aut odit mulier. nihil est tertium.

Mulier nimis est vehemens in vtrâq; partem, animal affectibus obnos-
xium. Quanquam huiusmodi viros etiam non paucos reperias, nimis in
vtramq; partem vehementes.

Ad tristem partem strenua suspicio.

Qui parum sunt felices, magis laborant suspicione. vel sic. Suspicio pler-
unq; vergit in partem deteriorē, Strēua hic etiā ac propēsam significat.

Ames parentem si æquus est, si alter, feras.

Bonum parentem ama, difficilē tolera, vel ob hoc: quia pater est, æqu⁹
dixit, pro commodo & humano.

Aspicere oportet, quod possis deperdere.

Serua qd' nolis p̄ire. Ocul⁹ aut, hoc est p̄sentia dñi optim⁹ rei custos.

Amici vitia si feras, facis tua,

Tibi imputabitur quicquid peccat amicus, cum non admoneas.

Aliena, homini ingenuo, acerba est seruitus,

Durum est seruire ei, qui liber sit natus.

Absentem ledit, qui cum ebrio litigat.

Mens enim ebrii non adest, cum qua loquendum est. Itaq; perinde est,
ac si non adesset ipse.

Amans iratus multa mentitur sibi.

Multa enim constituit in animo, quæ non præstat postea. Ego ne illā,
quæ me, quæ illum?

D ù

Auarus ipse miseriae causa est suae.

Nam sua sponte & volens pauper est.

Amans quid cupiat scit, quid sapiat, non videt.

Amans sine iudicio cupit, nec expedit, salubre sit. an preciosum, id quod cupit.

Amans quod suspicatur vigilans, somniat.

Qui amant ipsi somnia fingunt, & inani spe sibi blandiuntur.

Ad calamitatem quilibet rumor valet.

Tristitia facile sparguntur in vulgus quae recta sunt et honesta vix creditur

Amor extorqueri non potest, elabi potest.

Amor non potest subito vique expelli, sed paulatim potest elabi.

Ab amante lachrymis redimas iracundiam.

Amans iratus lachrymis placatur.

Aperte cum est mala mulier, tum demum est bona.

Fucatum & fraudulentum est animal mulier, eoque minime noxia, cum palam est mala. Indicat hic nullam esse bonam.

Auarum facile copias, vbi non sis idem.

Auarum non potest ferre auarus, vel facile fallas auarum, nisi sis idem quod ille est id est auarus & ipse.

Amare & sapere vix deo conceditur.

Non est eiusdem amare, & sane mentis esse.

Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.

Etenim cum moritur, tum demum permittit alios suis opibus frui.

Astute dum celatur, se aetas indicat.

Senectus celari non potest. Nisi forte sic legendum est. Astu crimen celatur, aetas indicat. Tempus enim aperit omnia.

Auarus damno potius, quam sapiens dolet.

Sapiens non cruciatur damnis rerum, sed is qui magni facit pecuniam.

Auaro quid mali optes? ni, vt viuat diu.

Propterea quod miseriae viuat. Summum igitur malum optatque optat diuinam vitam.

Animo dolenti nil oportet credere.

Quam diu doles, ne quid tibi ipsi fidas. Nihil enim sani suadet dolor. Expecta donec residat aegritudo, tum statue quid velis loqui, aut acere.

Alienum nobis, nostrum plus aliis placet.

Suae quenquam sortis poenitet. Aliena miratur, verbo duntaxat. Ceterum si ad rem ventum sit, pauci velint cum alijs commutare.

Anus cum ludit, morti delicias facit.

Amor voluptas est in iuvene, scelus in sene. non voluptas.

Amare iuueni fructus est, crimen seni.

Anum vicinā morti nō decet lusus. videtur enim mortē delectare velle
Amoris vulnus idem qui sanat, facit,

Desiderij vulnus sanat idem qui fecit, si sui copiam faciat. Allusit autem
 ad Telephi fabulam.

Ad pœnitendum properat, cito qui iudicat.

Ne statim pronuncies. Nam præcipitati iudicij sæpe penitet.

Amicos res optimæ parant, aduersæ probant.

Et hoc carmen deprauatum est, forte sic legendum.
 Amicum res optimæ parant, tristes probant.

Secunda fortuna conciliat amicos, aduersa explorat ficti sint an veri

Aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior.

Hoc est carmen trochaicum. In mala re quo magis excellis, tanto scelera
 tior es. Veluti miles quo melior est, hoc vir nequior.

Arcum intentio frangit, animum remissio.

Arcus frangitur, si nimium tendas. Animi vires augentur exercitatione
 ocio franguntur.

Bis est gratum, quod opus est, vltro si offeras.

Beneficium precibus extortum magnam gratiæ partem perdidit, Quod
 vltro oblatum est id bis gratum.

Beneficium dare qui nescit, iniuste petit.

Non debet vti beneficijs aliorum, qui ipse nemini benefacit.

Bonum est, fugienda aspicere alieno in malo.

Item Plautus, feliciter sapit, qui alieno periculo sapit. Quid tibi sit fugiē
 dum, id discas non tuo malo, sed ex aliorum malis exemplum sumito.

Beneficium accipere, libertatem vendere est.

Felicius est dare q̄ accipere. Perdit em̄ libertatē q̄sq̄ vtiū alteri⁹ bñificio

Bona nemini hora est, vt non alicui sit mala.

Nulla fortuna secunda est, quæ non alicuius malo contingat.

Bis enim mori est, alterius arbitrio mori.

Mortem naturalem, æquiore animo ferunt homines: Addactam graui⁹

Beneficia plura recipit, qui scit reddere.

Ingratis nemo plura committit. quos experimur gratos, in hos maiora
 conferimus.

Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas.

Nam & illum adiutas, & te eiusdem malefacti reum facis.

Bonus animus læsus, grauius multo irascitur.

Lenis animus cum incandescit, vehementius commouetur,

Bona mors est homini, vitæ quæ extinguit mala.

Miseris mors est optanda quoq̄, vt quæ finem ad erat malorum.

Beneficium dando accipit, qui digno dedit.

Hunc versum nominatim citat Aulus Gellius inter minos Publianos.

Blandicia, non imperio fit dulcius Venus.

Iucundū est, cū ex aīo q̄s redamatur, nō cū extorquetur mulieris obsequiū

Bonus animus nunquā errāti obsequiū accōmodat.

Qui probus est ipse, nunquam alteri peccanti assentitur.

Beneficium se dedisse qui dicit, petit.

Commemoratio beneficij dati, est reposcentis gratiam.

Coniunctio animi, maxima est cognatio.

Arctius alligat mutua beneuolentia, q̄ affinitas sanguinis. Forte vers⁹ hic ita legendus est.

Beneuolus animus maxima est cognatio.

Nā & hoc modo carmen constat, & in hac litera, nempe B, reperiebatur.

Beneficium saepe dare, docere est reddere.

Qui sepi⁹ bñ meret de aliq̄, is puocat ad gratitudinē q̄ dā p̄tinacia bñfaci

Bonitatis verba imitari, maior malicia est. (endi,

Qui malus est, & bene loquitur, is plus q̄ malus est.

Bona opinio homini tutior pecunia est.

Tutius est habere bonam famam, quam diuitias.

Bonum tamen si supprimitur, non extinguitur.

Veritas & iustitia præmi potest ad tempus, sed emergit postea.

Bis vincit, qui se vincit in victoria.

Qui moderate vitur victoria, bis vincit, primū hostē deinde animum.

Benignus etiam dandi causam cogitat.

Qui liberalit̄ est, nō expectat vt roget, sed vltro q̄ritat occasionē largiēdi.

Bis interimitur, qui suis armis petit.

Magis dolet nobis calamitas cuius ipsi ministrauimus occasionē. Veluti si quis hominem euehat ad magistratum, a quo postea subuertatur.

Bene dormit, qui non sentit, quam male dormiat.

Cum abest sensus malus, nihil est malū. Veluti si quis alto somno obrutus, non sentiat incommoditatem strati

Bonum crimen est officiosus miser.

Si calamitos⁹ ē, q̄ recte viuit, hoc iputat v̄tuti cui dicit̄ aduersari fortunā,

Bona fama in tenebris proprium splendore obtinet.

Decus recte factorum non potest obscurari. Lucet enim in ipso peccato re, si non respondet opinio populi.

Bene cogitata si excidunt, non occidunt.

Quod recte propositueris, etiam si ad tempus excidit animo, tamen non omnino perit.
Bene perdit nummos. iudici cum dat nocens.

Qui corrumpit iudicem pecunia, cum sit nocens, perdit eam, sed suo bono. Proinde bene perdit.

Bonus nocet, quisquis pepercerit malis.

Fit iniuria bonis, cum impunitas datur malis. Pauciores enim boni futuri sunt, si liceat impune malos esse.

Bono iustitiae, proxima est severitas.

Severitas. n. est iustitia rigidior & exactior, vergens tamen ad inclementiam.

Bonum apud virum cito moritur iracundia.

Apud malos viros ira tardissime senescit, apud bonos cito.

Bona turpitudine est, quae periculum indicat.

Aut sic, quae periculum vindicat. Satius est pudere: quam pigere. Pudor utilis est per quem arcemur ab his, quae periculose feceremus.

Bona comparat praesidia misericordia,

In alios misericors meretur, ut in se fauentes sint alij, si quid inciderit.

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

Vilescit quod consuetum esse coeperit. Bonis rebus nihil debet esse charius. Charum est autem, quod rarum est.

Beneficium dignis, ubi das, omnes obligas.

Virtuti enim dat non homini. Et tuo beneficio bono in ceteros omnes utitur.

Crudelis in re adversa est obiurgatio.

Consolandum est amicus, non obiurgandum in rebus afflictis.

Cauendi, nulla est dimittenda occasio.

Nuncquam satis caueris. Aliquam nocendi est omittenda occasio, cauendi nunquam.

Cui semper dederis, ubi neges, rapere imperas.

Qui assueverit semper accipere, is putat iam sibi deberi quod datur, adeo ut si negaris: paratus sit eripere vi. Hoc ad principes peculiariter attinet.

Crudelem medicum intemperans aeger facit.

Aegroci intemperantia facit, ut medicus cogatur ad duriora remedia descendere, nempe sectionem: aut vitionem, & similia.

Cuius mortem amici expectant, vitam oderant.

Eius vita sit iniusta oportet, cuius amici mortem optant.

Cum inimico nemo in gratiam cito redit.

Non est statim fidendum inimico. Facile dissolvitur benevolentia, ac non facile sarcitur. Et ira omnium tardissime senescit.

Citius venit periculum, cum contemnitur.

Magis nocet periculum his qui negligunt, quam qui cauent.

Castia ad virum matrona parendo imperat.

**Pudica vxor hoc impetrat obsequio suo, vt quicquid velit faciat marit⁹
& magis impetrat, cum obsequitur, quam cum exigit.**

Cito ignominia, fit superbi gloria,

Arrogantia sp̄ seq̄t infamia. Et q̄ insolenter vt̄t gloria, incidit in ignominia

Consilio melius vincas, quam iracundia.

Ira p̄ceps ē prudētia sedata. hac citi⁹ efficiēs q̄ voles q̄ violētia et ferocitate

Cuius dolori remediū est patientia.

Omnis dolor lenitur patientia. Alia alijs malis sunt remedia. At patientia commune est malorum omnium lenimentum.

Cum vitia profunt, peccat qui recte facit.

Cum expedit esse malos, tum nocet esse bonos. Et cum premium est malefactis, tum benefactis p̄na est.

Contemni est leuius, quam stulticia percuti.

Satius est contemni ob virtutem, quam stultum quid agere.

Comes facundus, in via pro vehiculo est.

Et hic versus citatur ab Aulo Gellio. Iucundus confabulator facit, vt nō sentias viæ tedium, perinde ac si vehiculo porteris.

Cito improborum læta in perniciem cadunt,

Non est diuturna malorum felicitas.

Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit.

Videtur accusare qui vitam mortem appetit,

Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet.

Hunc versiculum ascripsi ex Gellio. Cui plus permittitur, quā æquū est, is plus sibi sumit, quā oportet. Hoc conuenit in tyrannos, & vxores,

Discipulus est prioris posterior dies.

Cotidiana rerum experientia reddimur prudentiores.

Damnare est obiurgare, cum auxilio est opus.

Cum amicus afflictus eget auxilio, tum obiurgare non est officiosum, sed damnare est. Primum eximendus est calamitate, postea obiurgandus, quod sua culpa in eam inciderit.

Diu apparandum est bellum, vt vincas celerius.

Qui in aggrediendo nimium properat, aliquando tardius cōficiunt. Mora in apparando non dispendium est, sed lucrum ad negocium cito conficiendum.

Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.

Ingratitudo omnia vitia in se complectitur. Nullum igitur conuicium dici potest contumeliosius, Versus est Trochaicus.

De inimico ne loquere malum, si cogites.

Si cogitas nocere inimico, caue loq̄ris male, cauebit enim ille. Stultum est igitur maledicere. Nam si amicus est, inique actis, sin inimicus, minus illi nocabis.

Deliberare vtilia, mora est tutissima.

P V B L I A N I.

Tutissimum est esse lentas consultationes. Nam præcipitata consilia ple-
runq; sunt inauspicata.

Dolor decrescit, vbi quo crescat non habet.

Cum malum venerit ad summum, tum necesse est vt fiat remissius.

Dediscere flere fœminam, est mendacium.

Id est fœmina nunquam hoc dediscet.

Discordia fit charior concordia.

Amantium iræ, amoris redintegratio est.

Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.

De quo non potes nisi semel statuere, veluti de matrimonio, de sacerdo-
tio, de hoc diu deliberandum est, priusquam aggrediaris.

Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

Ne facile credas accusanti quempiam.

Dum vita grata est, mortis conditio optima est.

Tum optimum est mori, cum adhuc dulce est viuere.

Damnum appellandum est, cū mala fama lucrum.

Lucrum cum iactura famæ damnum est, non lucrum.

Ducis in consilio, posita est virtus militum.

Frustra sunt sortes milites, ni ducis prudentia regantur.

Dies quod donat timeas, cito raptum venit.

Quod subito contingit, subito solet auferre fortuna.

Dimissum quod nescitur, non amittitur.

Non est damnum, quod non sentis.

Etiam innocentes cogit mentiri dolor.

In tormentis sæpe mentiuntur & innocentes, adacti cruciatu.

Etiam peccato recte præstatur fides.

Adeo seruanda est fides, vt etiam malis in rebus aliquando præstanda sit

Etiam celeritas in desiderio mora est.

Cupienti etiam festinatio videtur mora.

Ex vitio alterius, sapiens emendat suum.

Ex alienis erratis sapiens colligit, quid sibi sit cauendum.

Et deest, & superat miseris cogitatio.

Deest, quia non vident, quo pacto possint mederi malis, & superest, quia
intelligunt quid debuerint cauere, sed sero.

Etiam obliuisci quod scis, interdum expedit.

Quædam huiusmodi sunt, vt sint dediscenda, legi poterat, & quod sis, vt
sit sensus. Expedit aliquoties meminisse magis, quid præsens tempus &
res postulet, quam tua dignitas.

E

Ex hominum quæstu, facta fortuna est dea.

Studiū lucri facit, vt fortuna credatur esse dea, quæ faueat. (Aut ex quæstu) id est quarimonia. Nam illi imputat, si quid acciderit aduersi.

Effugere cupiditatem, regnum est vincere.

Vincere auariciam, plus est quam regnum.

Exul tibi nusquam domus est, sine sepulchro est, tãquam mortuus.

Opinor ita legendum,

Cui nusquam domus est, sine sepulchro est mortuus.

Id est, Exul qui nusquam habet domū, perinde est, vt mortuus in sepulchro, aut cui non est sepulchrum.

Etiā qui faciunt, odio habent iniuriā.

Nolunt sibi fieri iniuriā, nec ij, qui faciunt alijs.

Eripere telum, non dare irato decet.

Irato non est danda occasio nocendi, sed potius adimenda.

Se denegare patriæ, exilium est pati.

Sic enim versiculum hunc mutauimus. Qui latet & non versatur in re publica, is sua sponte exul est.

Etiā capillus vnus habet vmbra suam.

Nihil est tam minutum, quod non possit aliquid.

Eheu quam miserum est, fieri metuendo senem.

Miserrimum est consenescere metu mali, quod nondū aduenerit.

Etiā hosti est æquus, qui habet in consilio fidem.

Qui sequit̃ qd̃ dicit̃ fides, non quod dolor. is etiā hostib⁹ erit æquus.

Excelsis multo facilius casus nocet.

Ex alto cadētib⁹ piculosior est ruina. Ita piculosi⁹ deijcimur ex alta fortūa

Fidem qui perdit, quo se seruat in reliquum?

Qui perdet pecuniam, habet in quod se seruet, qui fidem nihil habet cui se seruet.

Fortuna cum blanditur, captatum venit.

Insidiatur fortuna cum blanda est, ita tum maxime habēda est suspecta cum maxime prospera est.

Fortuniam citius reperias, quam retineas.

Difficilimū est retinere fortunam, ne mutetur. Et maior virtus est tue riparta, quam parare,

Formosa facies muta commendatio est.

Fauetur enim formosis, etiā si nihil dicant.

Frustra rogatur, qui misereri non potest.

P V B L I A N I.

Qui non potest mollescere praeibus, quid opus est hunc rogare.

Fraus est accipere, quod non possis reddere.

Dolus est accipere beneficiū a quoq̄, cui nō possis tantundem reddere.

Fortuna nimium quem fouet, stultum facit.

Magnæ felicitatis comites sunt stulticia & arrogantia.

Fatetur facinus, is, qui iudicium fugit.

Qui detrectat iudicium indicat se sibi male consciū esse.

Felix improbitas, optimorum est calamitas.

Quoties fortuna fauet improbis, hoc fit calamitate & malo optimorū.

Feras non culpes, quod mutari non potest.

Hic versus nominatim citatur a Gellio. Quod mutari corrigiq̄ non potest id tacite ferendum est, non vituperandum.

Futura pugnant, vt se superari sinant.

Sic instant futura mala, vt tamen vinci vitariq̄ possint prudentia.

Furor fit lesa sæpius patientia.

Et hoc carmen citatur a Gellio. Lenes cum sæpius prouocantur, tandem irritati grauius irascuntur, quia rarius & serius commouentur.

Ficta cito ad naturam reciderint suam.

Simulata non diu durant. Et iuxta Flaccum.

Naturam expellas furca, tamen vsq̄ recurret.

Fidem qui perdit nil potest vltra perdere.

Omnia perdidit qui fidem perdidit.

Facilitas animi ad partem stultia rapit.

Facile adducitur ad vicia: qui facilis est animo, vt Mitio ille Terentianus, qui ob facilitatem sexagenarius nouus factus est maritus.

Fides vt anima, vnde abiit, nunquam redit.

Vt vita semel amissa nunquam reuertitur, sic nec fides. Iuxta illud. Qui semel scurra nunquam bonus paterfamilias.

Fidem nemo vnquam perdit, nisi qui non habet

Pecuniam non perdit, nisi qui habuit. At fidem is dicitur perdidisse, qui non habuit, id est qui perfidus fuit.

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Nullum malum venit sine incurſu alterius mali.

Fulmen est, vbi cum potestate habitat iracundia.

Versus est Trochaicus. Potens cum irascitur, fulminat, non irascitur.

Frustra, cū ad senectā ventū est, repetes adolescentiā,

Et hic Trochaicus est. Nō licet reiuuenescere. Proinde seni tractanda sūt similia

Falsum maledictum, maleuolum mendacium est.

Qui conuiciatur & mentitur, is maliciose mentitur.

Fœminæ naturam regere, desperare est omnium.

Omnes desperant se posse regere mulieres ingenium.

Fer difficilia, vt facilia leuius feras.

Exerce te rebus difficilioribus, vt alia facilius feras.

Fortuna nulli plusquam consilium valet.

Consilium plus efficit, quam felicitas.

Fortuna vitrea est, quæ cum splendet frangitur.

Vitrum cum maxime lucet, tum facillime frangitur. Ita splendidissima

Feras quod lædit, vt quod prodest perferas.

Vt potiare commodo, feras incommodum.

Facit gratum fortuna, quam nemo videt.

Fortuna facit inuidiosum, nisi latet Ergo dissimulanda est.

Frugalitas miseria est rumoris boni.

Hunc rursus addidit ex Gellio. Esse frugalem rumor quidem bonus est sed infelix, & parum vulgo laudatus, cui profusio magis placet. Nisi maioris miseriam accipere pro penuria, siue inopia. Nam tum erit sensus. Qui laudatur. frugalis, is non laudatur. Tertius sensus argutissimus est. Frugalitas est parsimonie vitium, sed sub honesto laudatoque nomine.

Graue præiudicium est, quod iudicium non habet.

Post præiudicia sequuntur iudicia in quibus excutiuntur præiudicia. At graue est illud præiudicium, quod non sequitur aliud iudicium, sed ipsum iudicij loco est, veluti si princeps præ se ferat animum inimicum in quem sapiam, nullus est iudex, qui secus ausit iudicare.

Grauiissima est probi hominis iracundia.

Vir bonus vt tardior est ad iram, ita grauius irascitur, si victa sit illius bonitas.

Grauis animi pena est, quem post factum poenitet.

Magnam poenam dedit, quem poenitet facti.

Grauis animus dubiam non habet sententiam.

Vir constans certa habet consilia.

Graue est malum omne, quod sub aspectu latet.

Malum illud est immedicabile: quod prætextu bonæ rei persona tunc est. Nam hic aspectum vocat personam.

Grauius nocet, quodcunque inexpertum accidit.

Noua mala grauius dolent.

Grauior inimicus, qui latet sub pectore.

Affectus viciosus maxime nocet homini. at is latet sub pectore, nec potest excuti.

Grauiissimum est imperium, consuetudinis.

P V B L I A N I.

Consuetudo plane tyrannidem quandam obtinet in reb⁹ hūanis, adeo
vt stultissima quoq³, si semel inoleuerint, reuelli non possint.

Graue crimen, etiam tum dictum est leuiter, nocet.

Veluti si quis apud Anglos, vel loco vocet aliquem proditorem, non cas
ret periculo, ob odium criminis.

Heu quam difficile est gloriae custodia.

Fama honesta facillime cōtamīnat, & difficilius est eā tueri, quā parare.

Homo extra corpus est suum cum irascitur,

Non est apud se quisquis irascitur. Respondet cum illo superiori,
Absentī loquitur, qui cum irato litigat.

Heu quam est timendus, qui mori tutum putat.

Qui mortem contemnit, is vehementer est timendus, propterea, quod
alienae vitæ dominus est, quisquis suæ contemptor est.

Hō qui in homīe calamitōso est misericors, memīt sui

Intelligit em̄ sibi posse accidere, vt sit opus auxilio. Versus est Trochaic⁹.

Est honesta turpītudo pro bona causa mori.

Gloriosa est infamia, vitam impendere iusticiæ. Et hic Trochaicus est.

Habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat

Et hic Trochaicus est. Qui cum feliciter agit, alijs subuenit, huic alijs sub
ueniunt in rebus aduersis.

Heu q̄ miserū est ab illo lædi, de quo nō possis queri

Et hic Trochaicus est. Durum est lædi vel ab amico, vel a potente, qd̄
queri de altero non est honestum, de altero non est tutum.

Hominem experiri multa paupertas iubet.

Paupertas ingeniosa est, & artium repertrix. Et ingenii mala sæpe mo
uent, iuxta Nasonem.

Heu dolor, q̄ miser est, q̄ in tormēto vocē nō habet.

Et hic Trochaicus est. In tormentis verū exquiritur. At quidam ita tor
quentur, vt non ausint verum dicere, sciētes qd̄ velit taceri, qui torquet.

Heu quā pœnitenda incurrunt homines viuēdo diu

In longa vita multa accidunt, quæ nolis. Hic quoq³ Trochaicus est.

Habet suum venenum blanda oratio.

Inuidiosa est blandiloquentia, & melle litum venenum.

Homo toties moritur, quoties amittit suos.

Orbitas mors quædam est.

Homo semper in sese aliud fert, in alterū aliud cogitat

Hic est iambicus tetrameter. Nemo non est dissimulator.

Honestus rumor alterum est patrimonium.

Tantumdem fere valet honesta fama, quantum patrimonium.

Homo nescit si dolore fortunam inuenit.

Non sentitur dolor, quo paratur aliquid commodi.

Honeste seruit, qui succumbit tempori.

Honestum est seruire tempori, & cedere fortunæ ad tempus.

Homo vitæ commodatus, non donatus est.

Vita datur ad tēpus, vt qui dedit, exigat suo iure quandocunq; velit.

Hæredem scire, vtilius est, quam quærere.

Quidã codices habent ferre, pro scire. Satius est ferre qualemcunq; hæredem, quã nullũ habere. Si legas scire, sensus est præstat habere liberos quibus tua relinquant, quã circũspicere alienos, quibus tua relinquant.

Hæredis fletus, sub persona risus est.

Hic quoq; versus citatur a Gellio. Fletus hæredis, est risus personatus, id est dissimulatus, gaudet enim etiam, si fleat.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

Vulgus male sentit de muliere sæpius nupta.

Inferior horret, quicquid peccat superior.

Quod principes peccant, id recidit in malum plebis.

Inimicum vlcisci, vitam accipere est alteram.

Iucundissima res est vindicta, & velut altera vita. Primum vitam tuetur suam, deinde capit voluptatem ex vltione.

Id agas, ne quis tuo te merito oderit.

Odiũ effugere nõ possum⁹, ne q̄s nos merito oderit. id cauere possum⁹.

Inuitum cum retineas, exire incitas

Qui non cupit manere, hunc quo magis retines, hoc magis cupit abire.

Ingenuitatem lædis, cum indignum rogas.

Seruile est supplicem esse homini indigno. Læditur igitur ingenuitas.

In nullum avarus bonus, in se pessimus.

Nulli benefacit avarus, se vero etiam discrutiat custodia rerum suarum.

Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.

Bis gratum est bene icium, quod statim prompteq; datur egenti.

Instructa inopia est, in diuitiis cupiditas.

Cupere cum abundes inopia quædam est, non expedita, sed instructa & onusta, quasi dicas, diues inopia.

Inuitat culpam qui peccatum præterit.

Qui dissimulat peccatum, is inuitat, vt iterum peccetur.

Iucundum nihil est, nisi quod reficit varietas,

Nihil tam dulce quod non pariat facietatem, nisi varietate condiatur.

P V B L I A N I.

Ingenuitas non recipit contumeliam.

Generosi & ingenui animi est, negligere contumeliam. Aut sic. Generosus animus impaciens est contumeliæ.

Impune peccat in eum, qui peccat rarior.

Fortè sic legendum est. Impune peccat, cum quis peccat charior. Aut impune peccat, cum quis peccat rarius.

Ingratus vnus miseris omnibus nocet.

Vnius hominis ingratitude facit, vt nec gratis succurratur cum egent.

In miseri vitia nulla contumelia est.

Hoc carmen varie repperi deprauatum. Et haud scio an rectè diuinarim. Non videtur contumelia, quam facias in hominem malum & infelicè. Nè si sic mauis. In vitia miseri contumelia est dicere, id est contumeliæ genus est infectari vitia hominis miseri, qui magis eget consolatione.

Inopiæ parua desunt, avariciæ omnia.

Videtur hic versus deprauatus. Nam in controuersijs Seneca citat huiusmodi Publij carmen.

Luxuriæ desunt multa, avariciæ omnia. Quanquam hic quoq; versus constabit, si legas desunt parua, siue pauca quod ego malim. Multa desiderat pauper ad vitæ vsum sed auarus magis eget, qui nec id habet quod habet

Ita amicum habeas, posse vt fieri inimicum putes.

Et hic citatur a Gellio. Sic ama tanquam osurus. Ita confidas amico, vt si fiat inimicus, non multum possit lædere.

Inuidiam ferre, aut fortis, aut felix potest.

Fortunati negligunt inuidiam, vir fortis contemnit.

In amore mendax semper iracundia.

Eadem est sententia, quam ante dixit. Amans iratus multa mētur sibi

Inuidia tacite, sed minute irascitur.

Inuidus habet iram suam, sed dissimulatā & minutā, hoc ē de re nihili.

Iratum breuiter vites, inimicum diu,

Ira statim subsidit, odium diuturnum est. Odit autem quisquis est inimicus. Ab hoc igitur diu cauendum est, imo semper. Hoc ipsum admentat sapiens Hebræus, ab hoste reconciliato cauendum.

Iniuriarum remedium est obliuio.

Vindicta non medetur iniurijs tibi factis, sed obliuio optime.

Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum,

Trochaicus est, Fortissimum est iram suam vincere, hoc Alexander ille Magnus orbis domitor non potuit.

In malis sperare bonum, nisi innocens nemo solet.

M I M I.

Ethic Trochaicus. Bona conscientia facit, vt in malis sperem⁹ superos auxiliaturos.

In vindicando criminosa est celeritas.

Quidā habēt in iudicādo. Ne sis p̄ceptus vel ad vltionē, vel ad iudicādū,

Inimicum quamuis humilem docti est metuere.

Sapientis est, non contemnere hostem quantumuis humilem, potest enī per occasionem nocere.

In calamitoso risus etiam iniuria est.

Miseri risu etiam offenduntur. Et quibus res sunt minus secundæ, ad suspcionem malī rapiunt etiam casu dicta.

Iudex damnatur, cum nocens absoluitur.

Cum absoluitur nocēs tunc iudex non innocens sit oportet.

Ignoscerē humanum, vbi pudet cui ignoscitur.

Non ignoscendum est, nisi p̄niteat facti.

In rebus dubiis plurima est audacia.

Forte legendum est plurimum, vel plurimi. Multum valet audacia cum res est dubia, hoc est periculosa.

Illo nocens se damnat, quo peccat die.

Quisquis admittit scelus, illico sibi damnatus est iudice conscientia, et si iudex nemo pronunciet.

Ita crede amico, ne sit inimico locus.

Idem dixit anea. Ita amicum habeas

Iratuſ etiam facinus consilium putat.

Qui irascitur, etiam scelus putat iudicio recteque fieri.

Improbe Neptunū accusat, qui iterū naufragiū facit.

Hoc addidit ex Gellio. Qui semel expertus, iterū exponit se periculo impudenter accusat fortunā. Est autē & hic Trochaicus tetrameter.

Loco ignominia est apud indignum dignitas.

Honor cōmissus indigno, non honestat eum, sed magis dedecorat.

Laus vbi noua oritur, etiam vetus amittitur.

Si iterū recte facias, vt superiori de te famæ fidē habeant homines.

Læso doloris remedium inimici dolor.

Suum malum minus sentit qui potest vlcisci.

Leuis est fortuna, cito reposcit, quæ dedit.

Fortuna inconstans statim repetit & aufert, si quid dedit

Lex vniuersi est, quæ iubet nasci & mori.

Necessitas nascendi ac moriendi, neminem non complectitur.

Lucrum sine damno alterius fieri uon potest,

Vnius lucrum damnum est alterius. At non item in rebus animi.

Lasciuia & laus nunquam habent concordiam.

Intemperantia semper obnoxia est infamiae.

Legem nocens veretur, fortunam innocens.

Innocens & si non veretur leges, vt nocens, tamen timet fortunam quae nonnunquam opprimit innocentem.

Luxuriae desunt multa, auariciae omnia.

Hunc versum Seneca citat in controuersijs. Multis eget profusor, auarus eget omnibus. Illi multis est opus, qui multum absumit, huic nihil est satis, cum sit insatiabilis.

Malignos fieri, maxime ingrati docent,

Ingrati faciunt, vt qui benigni fuerint, contractius donent. Hos enim malignos vocat, id est parcos.

Multis minatur, qui vni facit iniuriam,

Omnes expectant iniuriam ab eo qui vni fecerit.

Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.

Molesta est mora in omni re, tamen ea nos reddit sapientes, ne quid agamus temere aut inconsulto.

Mala causa est, quae requirit misericordiam.

Innocentia non eget misericordia, sed aequum desiderat iudicem. Aut cum fiducia rei tota est in misericordia iudicis, pessimam habet causam.

Mori est felicitis, antequam mortem inuocet.

Ille feliciter moritur, qui tum moritur, dum adhuc iucunda est vita, ac nondum huius odio mortem optat. Quidam pro felicitis habent felicitius.

Miserum est tacere cogi, quod cupias loqui,

Durum est, cum non licet loqui quod velis. Nam illic multo minus licet tacere facere quae velis, si loqui non licet.

Miserrima est fortuna quae inimico caret.

Felicitas incitat inimicitias. Ergo cui nullus inuidet, is miserrimus sit, oportet.

Malus est vocandus, qui sua causa est bonus.

Qui bene facit commo di sui causa, is male facit.

Malus vbi bonum se simulat, tunc est pessimus,

Dissimulata malitia pessima est,

Metus cum venit, rarum habet somnus locum.

Timor abigit somnum. Aut non est dormitandum in periculo.

Mori necesse est, sed non quoties volueris,

F

M I M I.

Aliquando optant mortem homines, cum trori non possint.

Male geritur, quicquid geritur fortunæ fide.

Quod a fortuna pendet, id parum est firmum.

Mortuo qui mittit muns, nil dat illi, adimit sibi.

Olim solent inferias exhibere mortuis. Hoc perit viuis, & nihil accipit mortuus. Trochaictis est.

Minus est quam seruus, dominus, qui seruos timet

Infra seruos est, qui seruos suos timet, nempe male sibi conscius.

Magis hæres fidus nascitur, quam scribitur.

Filius nascitur hæres, hæredipeta scribitur.

Malo in consilio fœminæ vincunt viros.

In rebus malis plus sapunt fœminæ, quam viri.

Mala est voluptas alienis assuescere,

Dulcis cibus alienus, sed fœda voluptas est assuescere alienis.

Magno cum periculo custoditur, quod multis placet

Trochaicus est. Difficile est seruare quod expectunt multi, veluti pecuniam, aut formosam vxorem.

Mala est medicina, vbi aliquid naturæ perit.

Medicina quæ lædit naturam dura est, velut quæ membrum aufert.

Malæ naturæ nunquam doctrina indigent,

Ad mala vel circa doctorem sumus idonei virtus discitur.

Miseriam nescire, est sine periculo viuere.

Qui sine periculo viuit, is feliciter v iuit. Vita tuta quamuis humilis, felissima est.

Male viuunt qui se semper victuros putant.

Semper enim prorogant in crastinum, si quid est voluptatis, aut bonæ rei.

Maledictum interpretando facies acrius.

Quidam excusant conuicium interpretatione. atq; ita magis irritant.

Male secum agit æger, medicum qui hæredem facit.

Inuitat enim, vt occidat.

Minus decipitur, cui negatur celeriter.

Minus enim diu sperat: & frustratur leuius.

Mutat se bonitas, cum irrites iniuria,

Boni fiunt mali, si prouoces.

Mulier cum sola cogitat, male cogitat,

Mulier apud se cogitabunda, aliquid mali voluit in animo.
Malefacere qui vult, nusquam non causam inuenit,
 Malis nusquam deest occasio malefaciendi.

Maleuolus semper sua natura vescitur.
 Etiam si deest premium maleficij, tamen maleuolus fruatur sua malicia,
 & vel gratis malus est.

Multos timere debet, quem multi timent,
 Quem multi timent, hunc pauci amant. Is igitur vicissim timeat oportet a quibus timetur.

Male imperando summum imperium amittitur,
 Summum imperium est bene imperare, id amittitur male imperando, siue nullum imperium tam potens, quod non amittatur, si tyrannice imperes.

Mulier quæ nubit multis, multis non placet.
 Male audiunt vulgo, quæ sæpius mutant maritum. Aut infelices sunt, aut incontinentes, aut inconstantes, aut morosæ.

Malum consilium est, quod mutari non potest.
 Nunquam te inuoluas huiusmodi nodo, vt explicare te non possis. Hunc versum adiecimus ex Aulo Gellio.

Nihil agere semper infelici est optimum.
 Qui infortunatus est in rebus gerendis, huic optimū est in ocio viuere,

Nil peccent oculi, si animus oculis imperet.
 Oculos incusamus, quasi ministrent occasionem malarum cupiditatū. At animus in culpa est, qui oculis non imperet.

Nil proprium ducas, quod mutari possit,
 Nihil existimes uere tuum ac perpetuum, quod possit auferri.

Non cito ruina perit vir, qui ruina[m] timet.
 Fortasse sic legendum, vt sit Trochaicus. Non cito perit ruina. qui ruina[m] prætimet: id est non facile opprimitur incommodo, qui præcauet incommodum, & non facile opprimitur periculo, qui periculum obseruat.

Nescis quid optes, aut quid fugias, ita ludit dies.
 Iambicus est tetrameter. Ita ludit tempus & fortunæ vicissitudo, vt sæpe quæ putaris optima, sentias maxime nocere, & econtra.
Nunquam periculum sine periculo vincitur.

M I M I.

Et hic tactur a Gellio, Audendum est aliquo pacto, si cupias effugere periculum. Nam qui timet omnia, nunquam sese explicabit,

Nulla tam bona est fortuna, de qua nil possis quæri.

Trochaicus est. Felicitati semper aliquid adiunctum est incommodi,

**Nusquam melius morimur homines, quam vbi libè
ter viximus.**

Ibi mori optimum, vbi iucunde viximus. Trochaicus est.

Negandi causa auaro nunquam defecit.

Qui non dat libenter semper aliquam inuenit causam cur non det.

Nimum altercando veritas amittitur.

Moderata disceptatione veritas excutitur, at immoderata perditur, id quod prorsus accidit sophisticis quibusdam ac rixosis disputatoribus. Hic versus a Gellio citatur.

Quotidie damnatur, qui semper timet.

Qui sibi conscius semper timet supplicium, is quotidie damnatur.

Quotidie est deterior posterior dies.

Semper ætas vergit in peius, hoc est. mores hominum indies magis ac magis degenerant.

Ridiculum est odio nocentis perdere innocentiam,

Trochaicus est, Stultum est sic odisse peccatum, vt ipse pecces, veluti si quis o impudicam vxorem, veneno tollat adulteram. & sic puniat adulterium, vt ipse fiat veneficus.

Pars beneficii est, quod petitur, si bene neges.

Quidam ita moleste dant, vt gratiam amittant beneficij. Quidam adeo commode negat, vt videantur dedisse.

Stultum est timere, quod vitari non potest.

Veluti mortem, aut aliud fatale incommodum.

Timidus vocat se cautum, parcum sordidus.

Suis quisque vicijis blanditur, eaq; extenuat mutatis nominibus,

Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.

Et hic refertur ab Aulo Gellio. Si sinas impunitum peccatum, facis vt iterum libeat peccare.

Tam deest auaro quod habet, q̄ quod non habet.

Hunc senarium citat Seneca in controuersijs, Auarus non magis vtitur suis, quam alienis, vtriusq; igitur ex æquo caret.

O vita misero longa, felici breuis.

M I M I P V B L I A N I.

Et hunc refert Seneca. Infelices laborant vitæ tædio. Felicibus mors ante diem videtur accidere, quod vitæ tædium non sentiant.

FINIS ERASMO ROTERODAMO CASTIGATORE ET INTERPRETE.

ERASMVS ROTERODAMVS LECTORI S. D.

Fac memineris lector, quæ hæcenus legisti, Ethnicorū esse decreta, vt scias ac cum iudicio esse legenda. Quæ nunc leges ipsius Christi, & sanctæ ecclesiæ sunt oracula, quæ tuto sequi possis, imo quæ solū beatum possint efficere. Proinde sic lege vt rem seriam, ac vale.

CHRISTIANI HOMINIS INSTITVTVM PER ERASMV M ROTERODAMVM,

Ad Gala. v. Valet in Christo fides, quæ per dilectionem operatur,

F I D E S.

Credo primus articulus,

Confiteor primum ore pio, venerorq; fideli-
Mente deum patrem, vel nutu cuncta potentem,
Hunc, qui stelligeri spaciofa volumina cœli,
Et solidum omniparæ telluris condidit orbem.

Et in Iesum. ii,

Eius item gnatum Iesum, cognomine Christum,
Quem dominum nobis agnoscimus & veneramur,

Qui conceptus .iii.

Hunc Maria afflatu diuini numinis, aluo
Concepit virgo, peperit purissima virgo.

Passus sub Pontio. iiii,

Et graue supplicium immeritus damnante Pilato,
Pertulit infami suffixus in arbore mortem
Oppetiit, tumulatus homo est, claususq; sepulchro.
Interea penetrat populator ad infera regna.

Tertia die .v.

F iii

CHRISTIANI HOMINIS.

Mox vbi tertia lux mœsto se prompserat orbi.

Emersit tumulo, superas rediuiuus in auras.

Ascendit. vi.

Inde palam ætheream scandit sublimis in arcem.

Illic, iam dexter patri assidet omnipotenti.

Iterum venturus .vii.

Idem olim rediturus, vt omnem iudicet orbem.

Et viuos pariter, vitaq; & lumine cassos,

Credo in spiritum. viii.

Te quoq; credo fide simili spirabile numen.

Halitus afflatusq; dei facer, omnia lustrans.

Sanctam ecclesiam. ix.

Et te confiteor sanctissima concio, qua gens

Christigena arcano nexu coit omnis in vnum

Corpus, & vnanimis capiti sociatur Iesu.

Hinc propriū nescit, sed habet communia cuncta.

Remissionem peccatorum. x.

Hoc equidem in coetu sancto, peccata remitti

Credo, vel iis sacro fuerint qui fonte renati,

Vel qui diluerit vltro sua crimina fletu.

Carnis resurrectionem. xi.

Nec dubito quin exanimata cadauera rursus

In vitam redeant, animas sortita priores.

Vitam æternam. xii.

Vtraq; pars nostri, corpusq; animusq; deinceps

Iuncta simul, vitam ducent sine fine perennem.

SEPTEM SACRAMENTA.

Hoc quoq; persuasum est, ecclesia mystica septem

Munera dispensat, quæ sacramenta vocantur

Hinc variæ dotes, & gratia plurima menti.

I N S T I T V T V M,

Coelitus inferitur, si quis modo sumpserit apte.

Ordo Primus.

Ordine namq; sacro, confertur sacra potestas.

Vt fungare ministeriis . Christo auspice, sanctis.

Matrimonium. ii.

Munere coniugii nati hunc prodimus in orbem,

Vsq; adeo pulchri, pulcherrima portio, mundi.

Baptismus .iii.

Munere Baptismi longe feliciter iidem,

Quam prius in te Christe renascimur, atq; nouamur

Confirmatio. iiii.

Deinde in amore dei, nos confirmatio sacra

Constabit, mentemq; inuicta robore durat.

Eucharistia. v.

Mysticus ille cibus (Græci dixerunt synaxin)

Qui panis viniq; palam sub imagine, Christum

Ipsam presentem vere exhibet, intima nostri

Viscera, coelesti saginat, & educat esca,

Inq; deo redit vegetos, & reddit adultos.

P E N I T E N T I A VI.

Si quem forte deo capitalis reddidit hostem

Noxia, continuo metancea medebitur illi,

Restituet lapsum, rescissaq; foedera rursus

Sarciet. offensi placabit numinis iram,

Commissi modo poeniteat, pigeatq; nocentem,

Isq; volens peragat praescripta piamina culpae.

Vnctio. vii.

Vnguini extremi munus nos munit, & armat.

Migrantemq; animam per summa pericula, tuto

Transmittit patriam, & superis commendat euntem.

F iiii

CHRISTIANI NOMINIS.

Amor dei.

Hæc est indubitata fides, cui pectore certo
Nixus amabo patrem super omnia cunctipotentem.
Qui me condideritq; & in hunc produxerit orbem,
Rursus amore pari dominum complectar Iesum.
Qui nos asseruit, precioq; redemit amico.
Spiritus item sanctum, qui me sine fine benigno
Afflatu fouet, atq; animi penetralia ditans,
Dotibus arcanis, vitali recreat aura,
Atq; hic ternio sanctus, & omni laude ferendus
Toto ex corde mihi, tota de mente, supremis
Viribus, obsequio, meritoq; coletur honore.
Hunc vnum reuerebor, & hoc semel omnis in vno
Spes mea figetur, hoc omnia metiar vno,
Hic propter sese mihi semper amabitur vnus.

A M O R S V I.

Post hunc haud alia ratione, ac nomine charus
Ipse mihi fuero, nisi quatenus omnis in illum
Ille mei referatur amor, fontemq; reuisat,

Fuga peccati,

Culpam præterea fugiam pro viribus omnem.
Præcipue capitale tamen vitauero crimen.
Quod necat atq; animam lætali vulnerat ictu.

Superbia. inuidia. Ira.

Ne fastu tumeam, ne uel liuore maligno
Torquear, aut bili rapiar feruente cauebo,

Gula, Luxuria. Pigritia.

Ne vel spurca libido, vel insatiabilis aluus,
Imperet enitar, ne turpis inertia vincat. Auaritia.
Ne nunquam saturanda fames me vexet habendi.

I N S T I T V T V M.

Plus satis vt cupiam fallacis munera mundi.

Fuga malorum hominum.

Improba peiſtferi fugiam commercia cœtus

Omnia, ſummo animi conato, proq; virili.

Studium pietatis.

Atq; huc incumbam neruis, ac pectore toto.

Vt magis atq; magis superet mea gratia, virtus,

Augescatq; piæ diuina ſcientia menti.

Deprecatio.

Orabo, ſuperosq; precum libamine duro

Placare adnitar, cum tempore ſedulus omni,

Tum vero eximie, quoties lux feſta recurret.

FRUGALITAS VICTVS.

Frugales epulæ ſemper, menſæq; placebit

Sobria mundicies, & auari neſcia luxus.

Ieiunium,

Seruabo reuerens, quoties ieiunia nobis

Indicit certis eccleſia ſancta diebus.

Mentis custodia.

Sancta vti ſint mihi ſecretæ penetralia mentis,

Ne quid eo ſubeat fœdumue, nocensue, ſtudebo.

Linguae custodia.

Ne temere iuret, ne vnquam mendacia promat,

Turpia ne dictu dicat mea lingua, cauebo.

Manus custodia.

A furto cohibebo manus, nec ad vlla minuta

Viſcatis mittam digitos, & ſi quid ademptum

Cuiquam erit, id domino properabo reddere iuſto.

Reſtitutio rei forte repertæ,

Id quoq; reſtituam, ſi quid mihi forte repertum eſt.

E y

CHRISTIANI HOMINIS,

Me penes haud patiar prudens aliena morari.

Amor proximi.

Nec secus atq; mihi sum charus, amabitur omnis

Proximus, est autem (ni fallor) proximus ille.

Quisquis homo est, ac sic vt amor referatur amici

In Christum. vitamq; piam, veramq; salutem.

Huic igitur fuerit quoties opus, atq; necesse,

Sedulus officio corpusq; animumq; iuuabo,

Vt mihi succurri cupiam, si forsan egerem.

Id tamen in primis praestabo vtriq; parenti,

Per quos corporeo hoc nasci mihi contigit orbe,

Tum praepetori, qui me erudit, instituitq;

Morigerus fuero, ac merito reuerebor honore,

At rursus dulcisq; scholae, studiique sodales,

Semper (vti par est) sincero amplectar amore,

ASSIDVA CONFESSIO.

Si quando crimen fuero prolapsus in vllum.

Protinus enitar, pura vt confessio lapsum

Erigat, ac iusta tergetur noxia poena.

Sumptio corporis Cristi in vita.

Ast vbi sacra me ad corporis atq; cruoris

Caelestes epulas, pietasq; diesq; vocabit.

Illotis manibus metuens accedere, pectus

Ante meum, quanta cura studioq; licebit,

Purgabo maculis, virtutum ornabo nitelis,

Morbus.

Porro vbi fatalis iam terminus ingruet aui,

Extremumq; diem cum morbus adesse monebit,

Mature sacramentis me armare studebo.

Atq; his muneribus quae ecclesia sancta ministrat

I N S T I T V T V M.

Christigenis, reteget confessio crimina vitæ
Sacrificio, sumam Christi venerabile corpus.

Mors.

Quod si vicinæ propius discrimina mortis
Urgebunt, supplex accersam qui mihi rite
Oblinat, ac signet sacro ceromate corpus.
Atq; his præliis armatus, sic vti dignum est
Christicola, forti ac fidenti pectore, vita
Decedam, bonitate dei super omnia fretus.

Hoc fac, & viues.

ERASMVS LECTORI.

HVNC libellum denuo contulimus cū Græ
cis. Depræhendimus vnam abesse sententi
am, sed quæ nobis esset suspecta. tanq; no
tha, Adiecimus tamen addita notha, ne quis existi
maret casu omiffam, cum in vulgatis exem
plaribus habeatur. Rursum alibi Ro
dolphus ϚϜχϛ legisse videtur,
vbi Græci codices excusi
 τϜχϛ habent,

RODOLPHVS AGRICOLAE.
 RODOLPHVS AGRICOLA IOANNI AGRICOLAE
 COLAE SVO FRATRI .S.D.P,

Nihil habeo mi frater quod vel ego aptius tibi pro nostra necessitudine (ut quod frater tuus) afferre possim, vel potius pro tua etate (ut quod prima iuuetate spatia ingrederis) ex me expectare debeas, quam ut vnde cuique possim, ea tradam tibi, quibus, & eruditione ornatio, & vita melior euadas. Idque dignum studiis meis dignum amore nostro arbitror munus, ea parare tibi, quorum usus non tempore intercidas, non casibus obnoxius sit. Sed quemadmodum natura perpetuo nos deuinxit pignore, ita illa quoque que a me accipis solida proinde sint, perpetuoque tibi adiumento futura. Quod si pulchre apud poetam ille monuisse filium videtur, qui inquit. Disce puer virtutem ex me, verumque laborem. Fortunam ex alijs. Et ille quidem cuius omnis conatus pendebat ex fortuna omnis ad fortunam labor dirigebatur, non immerito virtutis ego tibi hortamenta colligam. qui vitam hactenus eis impendi studiis, que vera, certissimaque ad virtutem ducunt via, queque in rebus humanis quid expectandum sit, quid fugiendum, quid recte secusue fiat, velut in speculo conspiciendum nobis, considerandumque proponunt. Cum sint autem permulta que ad vitam pertineant institutione, graecis latinisque literis conscripta, egregia imprimis & ad admirabilis Isocratis ad Demonicum Parenensis mihi videntur. Ea enim suauitas est dicendi, is ornatus & (ut ita dicam) sculptura orationis, tanta preterea maiestas, utilitas, decor preceptorum, ut si quemadmodum pugiles meditato, quosdam nodos, nexumque habent, quibus in certamina subito vel non cogitantes etiam utantur. Ita nos quoque oporteat, carta quaedam & ad manum posita vitam habere precepta, que omnes nostras, velut ad filium dirigant actiones. quorumque tenax infixam mentibus nostris memoria, recte nos limitem egredi ubique vetet hic libellus aptus, vel maxime ad hanc rem atque accommodatus mihi videtur. Eum itaque in latinum sermonem e greco conuertit, rem scrupulosa conatus, ut numeros quoque, quorum ille fuit obseruantissimus, & schemate, vel (ut nos dicimus) exornationes orationis, quo ad possem imitarer. Per similitudinem enim cadentia & desinentia & equata, & contraposta, & reliqua id genus ornata, voluit oratio, quorum ut studiosus precipue Gorgias Continus preceptor ipsius, alijque etatis illius sophistae fuerunt, ita diligentior ipse ut secuta ipsum, non affectata viderentur. Hunc ego legendum tibi etiam atque etiam, & ad verbum quoque ediscendum censeo, semperque velut ante oculos. tanquam regulam quandam, vitamque perscriptam habendum, Et ita fiet, ut non solum instruat os tuum, verum animum quoque emendet. Quemadmodum enim ad doctrinam precipuum intelligere que legas, ita ad virtutem maximum, facere quam intelligas

¶ Isocrates ad Demonicum Parenensis per eruditissimum virum Rodolphum Agricolaem e greco in latinum sermonem traducta.

In multis Demonicis, rebus multum inuenimus distantes bonorum metes: atque malorum cogitationes, multo vero maximum accipere discrimen circa mutua consuetudinem vite. Hi enim praesentes solum amicos venerant. Alij eos quos longe absunt beneuolentia prosequuntur. At malorum quidem amicitias tempore exiguum dissoluit, & bonorum, ne omnis quidem qui tractatus extinguit. Quam putem igitur eos qui gloriam expetunt, quique suos eruditioni conatus destinant, bonos, & nequaquam malos decere sectari hanc orationem dono tibi misi, inditum erga te beneuolentiae, signumque cum Hipponico familiaritatis,

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

Decet enim liberos quemadmodū facultatum, ita amicitie quoq; paternę hereditatē suscipere. Video aut̄ occasionem nobis conuenientē, & presentē nos oportunitatē temporis adiuuantem. Tu enim erudiri cupis, ego erudire alios adnitor, tu sapiētie studio adniteris, ego deditos illi recta via deduco. Quicunq; autem exhortatorias ad amicos suos orationes conscribunt, pulchrū illi quidē opus assumunt, nō tamen circa id quod est in Philosophia prestantissimū, laborant. Qui vero adolescentibus premūstrant, non ea quibus vehementiam in dicendo consequantur, sed quo pacto vitam moribusq; industrię fiant, tanto magis quā illi audientibus profunt quāntū interest, qđ illi ad sola ipsos verba confirmant, hi vero ipsorum quoq; facta emendant. Quamobrem nos non exhortationem tibi parentes, sed institutionem tibi scribentes, pergemus nostri te consilij participem facere quas res oporteat adolescentes desyderare & que rursus opera vitare, quales item hominibus se coniungere, & quomodo suam ipsorum vitam instituere. Quicunq; enim vite cursum hoc itinere fecerunt, hi soli ad ipsam virtutem ingenuę adire potuerunt. Qua non res honestior, non constantior est vlla. Pulchritudo enim vel valetudine perit, vel tempore flaccescit. Diuitie viciorum sunt potius q̄ integritatis ministrę, facultatem nempe desidię prebentes, & ad voluptatem iuuenes excitātes, Robur prudentię cōiunctum pro fuit, sine illa vero sepius eum qui id habet offendit, & corpora quidem eorum qui se exercent adornat, industriam vero mentis obscurat, Virtutis aut̄ possessio, quorum bona fide mentibus ipsa coaluerit, sola consenscit, diuitijs potior. vtiliorq; gñis splendore, queq; fieri nequeūt ab alijs, illa suis viribus subdens, & multitudini metuenda, constanter expectās. Desidiā, dedecus, laborē laudē arbitrat. Hocq; cognitu p̄facile est ex gloria certaminū, Herculis, operūq; a Theseo gestorū. Quibus morū prestantia tantū laudis insigne, operibus adiecit, vt oīs temporum posteritas rebus quas gesserūt, offendere nequirit obliuionē. Sed & tu quoq; memor patris tui viuendi secte nōne habebis pulchrū atq; domesticū eorū, qđ a me tibi dicent exemplū. Neq; em̄ parui virtutē faciens, neq; secordię desditus egit etatē. sed corpus laboribus exercebat, aīo pericula subibat, neq; extra modū diuitias expectebat, sed presentibus quidē fruebat bonis, veluti mortalis, gerebatq; curam futurorū, veluti immortalis. Neq; vero contempe vitam instituerat, sed elegans erat & magnificus, simulq; expositus amicis. Impensius laudabat officio ipsum prosequentes, quam generis sibi necessitudie deuinctos. Persuadebat enim multo ad amicitiam efficaciorē esse naturam lege mores genere, electionem necessitate. Tempus in presentia nos deficeret, si omnes illius actiōes enumerare pergamus, exacteq; de illis nobis alio erit loco differendum, Nunc signum quoddam Hipponici sustulimus naturę, ad quem velut exemplar vitam formes oportet, legēq; tibi mores illius putes, & imitatore te, emulumq; virtutis paternę prebeas. Turpe nanq; fuerit pictores pulcherrima queq; exprimere animantū. & liberos nō imitari industriam parentum. Existimes aut̄ nullum ita pugilem contra aduersarios suos decere meditari, sicut te considerare, quo pacto cum patris iuratiōe viuendi decertes. Fieri autem non potest, vt animum quisq; totaliter formet, nisi multis ante, honestisq; preceptis fuerit expletus. Corpora nanq; moderatis laboribus, animus vero actionibus honestis roboratur. Experiar igitur breuiter ea tibi exhibere, quibus obseruandis in vita plurimum mihi videaris virtutibus additurus, & gloriam cunctos apud homines secuturus.

ISOCRATIS AD DEMONICVM.

PRIMVM quidem pie diuina colas, nō solum sacrificans, verum etiam quod iuraueris præstans. Illud enim affluentiae opum est signum, hoc morum probitatis iudicium,

Numē venerare sp̄ qdē, præsertim qd' ciuitas, sic enī simul videberis sacra deo facere legibusq; obtēperare

Talem te exhibeas erga parentes, quales exhibere se tibi voles ex te progenitos.

Firma exercitationibus te corporis, non iis quæ robori, sed quæ sanitati conducunt. Id assequeris si desinas laborare, tolerando adhuc labori sufficiens. Neq; in risum procliuus esse velis, neq; in verba cōfidēs illud enim stulti est, istud furentis. Quæ factu turpia sunt, ne dictu quidem putes honesta.

Fac assuescas non tristis esse, sed cogitabū dus. Propter illud enim ferox, propter hoc prouidus esse crederis. Putes in primis decere te modestiā, pudorē, iusticiam, temperantiam. Istis enim omnibus contineri probitas adolescentium videtur.

Nec latiturū te, si turpe quippiā feceris, speres, vt enim alios celes, te ipsum tamen consciū habebis.

Deum time, parentes honora, amicos reuerere, legibus obedi, voluptates sectare gloriæ iunctas, oblectatione enim cum honestate nihil est melius, sine illa vero nihil est peius.

Obtrectatiōes deuites, tametsi fuerint falsæ, vulgus enim veritatē ignorat, opinionēq; potius spectat. Sic facito cuncta, velut neminē celaturus, tametsi enim parumper occultes, postea tamen detegeris.

P A R A E N E S I S.

Plurimū tibi opinionis adiunges, si appareat ea te non facere, quæ si fuerint ab aliis facta, reprehendas.

Si cupide didiceris, multa quoque disces, quorū habes doctrinam, ea meditationum custodias curis, at quæ nescis, ea perceptis adiunge doctrinis,

Aeque namque turpe est eū qui vtilem audit orationem non addiscere, & cui datur ab amicis munus aliquid non recipere.

Vite ociū studio percipiendę eruditiōis impēde, sic enī difficulter ab aliis inuēta, facile tibi percipere cōtinget.

Putam multitudinem præceptionum multis opibus esse potiore, istæ enim celeriter dilabuntur, illæ in omne permanent tempus. Sola enim rerum omnium immortalis est sapientia.

Ne pigeat longum facere iter ad eos, qui cōducibile se aliquid docere p̄fiterūt. Turpe namque fuerit mercatores tanta trānsire maria, quā cumulatōres suas opes efficiant, adolescētes vero ne terra quidā sustinere p̄ficisci aliquo, quatenus meliorē suam faciant mentem

Moribus fac ut sis comis, verbis autem affabilis est autem comitatis benigne obuios appellare, affabilitatis, familiariter cum ipsis verba communicare.

Benignū te præbeas cūctis, optimis autem utaris. Sic & illis inimicus non eris, & istis amicus fies.

Necque crebro cōuenias eosdē, necque diu cū eis agas de eisdem. Satietas enim est omnium.

Exerce spontaneis te ipsum laboribus, ut adactos quoque perferre queas.

A quibus turpe est animū vinci, eorum omnium tē

ISOCRATIS AD DEMONICVM.

perantiam exerce, lucri, iræ, voluptatis, doloris. Id autem continget, si lucrum putaueris id, quo gloriã augeas, non quo diuitiis addas.

In ira si talis sis aduersus peccãtes, quales delinquẽti tibi esse alios velles, in iucundis, si turpe putaueris, seruis te tuis imperare, voluptatibus vero seruire, in aduersis, si alienas respicias calamitates, tibiq; quod homo sis in memoriam subinde deducas.

Verborum magis q̃ pecuniarum deposita tuere, decet namq; viros bonos iureiurãdo se fideliores præstare.

Consentaneum puto perinde malis non credere, quemadmodum fidem bonis habere.

Quæ nolis efferri, nemini dixeris, nisi tantundẽ expediat ea taceri, & tibi dicenti, & illis qui audierunt.

Iusiurandum adactum, propter duas accipito causas, vel vt te ipsum turpi crimine exoluas, vel vt amicos tuos in magnis periculis serues. Pecuniarum aut gratia nullum numẽ iuraueris. Videberis enim aliis peiorare, aliis pecuniarum cupidus esse.

Nullum fac amicũ, nisi exploraueris ante, quo pacto prioribus sit vsus amicis. Spera namq; ipsum erga te futurum talem, qualis & erga illos fuit.

Tarde fias amicus, factus autem, da operam vt permaneat. Tantundem enim dedecoris est, & nullũ amicum habere, & crebros subinde amicos mutare.

Necq; cũ damno amicos probes, nec inexpertus ipsorum esse velis. Hoc aut facies, si & cũ nullius idigeas, te simules idigere, & illa q̃ vulgari nihil referat, velut occultanda cõcredas deceptus em opinione, nihil of-

P A R A E N E S I S.

fendes, nō deceptus, mores illorū rebus fictis nosces.
Amicos proba, & ex vitæ aduersitate, & ex piculo-
rum societate. Aurum em̄ igne perspiciamus, amicos
vero inter aduersa cognoscimus.

Amicis hoc pacto vteris cōmodissime, si non vt ab
eis rogeris, expectes, sed pollicens vltro ipsis in tem-
pore succurras.

Aeque putes turpe, & ab inimicis superari iniuriis,
& ab amicis superari beneficiis. Infamiliaritate pro-
ba non solum malis tuis indolentes, verum etiam bo-
nis non inuidentes, Multos enim qui cum infelicibus
mœrentur, prosperitatis illorum inuidia torquet.

Absentiū amicorū fac memineris apud p̄sentes, vt
rationē etiam istorū quoq; absentīū habere videaris.

Circa vestitū elegās, nō splēdidus esse velis. Est autē
elegantis quidē magnificū, splēdidi vero esse p̄fusū.

Ama rerum non immensam possessionem, sed mo-
deratam perfruitionem.

Contemne diuitiarum studio occupatos, atque eis
quæ habent, vti nescientes. Simile nancq; cōtigit illis,
quod equum possidenti bonum, & æquitare nesciēti

Adnitere diuitias tibi, pecunias scilicet, atq; posses-
siones apparare. Sunt autē pecunię illorū qui recte ip-
sis frui sciunt, possessiones, qui ipsis vti queunt.

Dilige quas habes facultates duas ob causas, vt &
magnum aliquod damnum resarcire, & amicis labo-
rantibus possis opem ferre, ad reliquum vitæ vsum
nō plus æquo, sed moderate ista cōcupisce.

Amplectere quidem præsētia, quærasq; meliora

G

ISOCRATIS AD DEMONICVM.

Nulli calamitatem exprobraris, cōmunis enim est fortuna, & futurum incertum.

Bonis benefac, honestus enim thesaurus est gratia, quæ a bono viro debetur.

Si malis benefacias, simile tibi continget, quod qui alienos canes pascant, illi enim danti, sicut temere occurrenti, allatrant, mali quoq; eos qui profunt, sicut qui nocent, similiter offendunt.

Adulātes auersare, p inde atq; fallētes, vtriq; em cū eis fides habetur, iniuria afficiūt eos q sibi crediderūt

Si amplexus fueris amicos, qui ad pessima gratificantur, non habebis vnquam, qui tibi ad ea quæ sunt optima sequendum obsistant.

Comē te præbeas eis, quibus cum cōtersaris, & nō insolentē. Superborū enim fastum vix serui quoq; pferrent, at morū comitatē cuncti benigniter acceptāt.

Eris autem comis, si neq; iurgator sis, neq; implacidus, neq; cum omnibus contendas, neq; iræ eorū, cū qbus agis, celeriter occurras, neq; si iniuste quidē fuerint irati, sed efferuescentibus cōcedas, deinde ipsos, vbi relanguerit ira, reprehēdas, neq; inter ridicula seriis, neq; inter seria ridiculis gaudeas. Intempestiuū enim vbiq; est molestum, Neq; ingrate gratiā ineas, quod multis euenit, qui faciunt, quidem, sed egre tamen amicis inseruiunt. Neq; cupidus fueris, vel culpandi, quia graue est, vel castigandi, quia est acerbū.

In primis caue tibi a potandi consuetudine, quod si quando tulerit tempus, ante ebrietatem surge, cū fuerit mens vino corrupta, patit̄ idem quod currus solēt

P A R A E N E S I S,

qui suos effuderūt aurigas. illi nancq; nullo ordine (su-
is destituti rectoribus) feruntur, animus quoq; pluri-
ma peccat ratione subuersa.

Immortalia sentias, magnitudinem animi præ te fe-
rendo, mortalia vero moderate presentibus pfruendo.

Tanto modestiam meliorē immodestia putes, quā-
tum est quod alia quidem omnia peruerse facta lucro
sunt eis, qui illa admittunt, sola autem immodestia dā-
no afficit eam habentes, plerunq; enim quos verbis
offenderunt, illis rebus pœnas luunt.

Quorum conciliare tibi amicitiam velis, boni quip-
pam de eis prædices apud illos, qui sunt renūciaturi
Principiū enim amicitie laus est. Inimicitie vituperiū.

Quum consulis, præterita sumas in exemplū futu-
rorum latens enim ex eo quod apertum est, expeditis-
sime poteris cognoscere.

delibera diu, celeriter vero confice quod decreuisti.

Optimum puta contingere nobis a deo prosperita-
tem, a nobis ipsis prudentiam.

Quibus de rebus libere proloqui te pudet, visq;
cum amicis aliquibus de eis communicare, verbis ve-
lut de alieno negotio vtere. Sic enim & illorum sen-
tentiam nosces, te que ipsum haud quaquam mani-
festum reddes.

Quum super tuis rebus aliquā in consiliū tibi assu-
mes, considera primum quo pacto suas ipse res gessit

Qui enim male administravit suas, nunquā bñ con-

Ita poteris maxime ad consulendū (sulet in alienis.

dum excitari, si calamitates quas affert temeritas spe-

ISO CRATIS AD DEMONICVM.

ētes. Sanitatis nanq; tunc præcipue curā habemus, cum valetudinis aduersæ dolorum recordamur.

Regum imitare mores, illorūq; vitæ rationem secta re videberis em̄ amplecti illos vel emulari. Itaq; apud multitudinē tibi maiorem cōtinget laudem assequi, et constantiore regum beneuolentia perfrui,

Obsequere legibus quas reges statuūt, firmissimā tamen legem mores illorum putes. Sicut enim qui rem publicā gubernat, opus habet populū obseruare, ita sub prīcipatu viuentē, maxime regē decet honorare. Magistratu p̄dit⁹ nemie ad obeūda mīsteria malo vtere. Quæ enī ille deliquerit, eorū in te culpa referetur.

Ex publicis administrationibus abeas, non opibus cumulatior, sed gloria honestior. Multis enī opibus præstantior est multitudinis laus.

Nullā rem inhonestā neq; dicto, neq; facto iuueris, Videberis em̄ ip̄e talia facere q̄lia faciētes alios tueris

Sic te compara, vt aliis superior esse possis sis tamen æquo contentus, vt iusticiam videaris expetere, non propter imbecillitatem, sed propter æquitatem,

Elege iustam potius paupertatem, quam diuitias iniustas. Tanto enim præstantior est opibus iusticia, vt illæ solis diuitibus profint, hæc vero defunctis etiam gloriam præstet, & illæ passim improbis contingāt, hæc malis prorsus sit inaccessa,

Neminē tibi iunxeris eorū, quibus iniusticia lucro est, sed potius eos, qui p̄pter iusticiā ferunt iacturas. Iusti enim, & si nulla alia re superent iniustos, honesta tamen spe ipsos antecellunt.

P A R A E N E S I S.

Omniū curā gere quę ad vitā pertinet, maximeq;
omniū prudentiam tui ipsius exerce, maximum enī
in minimo est mens bona in humano corpore.

Operam da, vt sis corpore laborum patiens, animo
sapiētiae appetens, vt illo p̄ficere possis decreta, hoc
decernere facienda.

Quicquid dicturus es, prius apud animum tuum
expende.

Multorum enim cogitationem lingua præcurrit,

Putare rerum humanarū nihil esse firmum, ita nec in
p̄speris læticia gesties, nec in aduersis dolore cōcides

Duo tibi tempora ad dicendū deputa, vel cum sint
aliqua, de quibus exploratum habeas, vel de quibus
dicere est necesse. In solis enim istis potior est silentio
sermo, in reliquis melius fuerit tacere, quam loqui,

Gaude cum tibi contigerint bona, moderateq; do-
le, vbi inciderint mala. neutrius tamē animi in aliis es-
se velis manifestus, absurdum enim est reconditas in
domibus opes asseruare, & cogitationem in propa-
tulo positam circumferre.

Magis dedecus vites, quam periculū. Oportet enī
malis formidabilem esse finem vitæ, probis vero vi-
tam cum turpitudine coniunctam.

Conare in primis vitam in tuto collocare, quod si ta-
men contigerit in periculum te deuocari, quere in bel-
lo salutem cum honesta opinione, & non cum pudē-
da fama, mori nanq; cunctis prouidentia decreuit,
sed honeste vita decedere, id bonis tantum viris pro-
priū natura concessit.

N Ec mirū tibi videat, si multa que diximus haud quāq; pres
fenti tue conueniunt etati, nō enim id me latebat, sed statui
eadem opera & presentis vite consilium tibi proferre, & us
tuti temporis monita relinquere, que quanto tibi sint vsui
futura, facile cognoscas. Qui vero tibi cū beneuolentia cō
sulat, difficulter consequeris, vt ergo reliqua non ex alio res
quis, sed hinc velut ex erario proferas, decreui nihil eorum p̄mittere,
quecunq; tibi possem in consilium afferre. Gratiam autem habeo deo ingē
tem, si quam de te concepi, non me fallat opinio. Plerosq; enim videmus,
vt tibi iucundissimis potius, quā saluberrimis delectari, ita seducentibus
a vero amicis potius ac edere q̄ illis: qui ad meliora hortentur. Te vero
puto contrario instituisse pergere iudicio, mihi tuam circa reliquū vite cul
tum industriā sumens, qui enim rectissima sibi ipse agere indicit, consentas
neum est. eum aliorū ad virtutem exhortantium monita non segniter am
plecti, precipue excitabit te, vt rerum honestarū amore tenearis, si perspes
xeris quomodo ex ijs voluptates per quā legitime habemus. In secordia
nanq; faciendarumq; libidinum studio, cōtinuo sunt labores voluptatib⁹
adiuncti, enixius vero ad virtutē conatus, modestaq; vite institutio since
ras semper, certioresq; referunt oblectationes. Et illis qdē gauisi primū, po
stea dolemus, hic post laborem voluptates capimus. In cunctis autem res
bus non ita principij meminimus, quēadmodum exitus sensu mouemur.
Plurima enim in vita non propter res ipsas agimus, sed consequentiū gras
tia elaboramus, cogita autemq; malis conuenit passim quicquid obuium
est agere, hanc enim protinus vite sibi regulam prescripserunt. Bonos ves
ro oportet nequaq; virtutem negligere, vel in multorum currere reprehē
siones, cuncti enim non perinde oderunt eos, qui se fallunt, sicut qui pros
bos esse se iactant: nullaq; in re vulgo sunt preferendi, recte quidem. Nam
si eos qui solis verbis fraudem firuunt improbamus, quomodo eos qui to
ta oberrant vita non aspernādos putabimus meritoq; credimus istos non
solum in seipos delinquere, sed & animi sui esse proditores, ipse enim opes
illis gloriamq; & amicos peperit, illi vero seipos indignos hac sua felicitate
fecerunt. Quod si oportet eum qui mortalis sit, scrutari coniectura ces
lestium mentem, arbitror in familiarissimis suis maxime ostēdisse. quomo
do bonis sint, malisq; affecti hominibus, Iuppiter enim Herculem &
Tantalum genuit, quemadmodum fabule tradunt, cunctiq; credunt, & il
lum qdē propter virtutem immortalitate donauit hūc propter improbita
tem grauissimis calamitatibus oppressit. Quibus vtentem exemplis expe
tere decet honestatem. & nō modo his, que nos diximus, sed ex poetis pul
cherrimū quodq; ediscere, & reliquos eruditos, si quid dixerūt vtile, scrus
rari. Quemadmodum enim videmus apem omnibus flosculis insidentem,
& de vno quoq; optima carpentem, ita oportet qui vite disciplinam expe
tūt nulli⁹ rei rudes, esse & vndiq; que sunt vtilia, colligere. Vix enī quis
hac diligentia nature poterit errata superare.

ANGELI POLICIANI IN EPICTE
ti Stoici Enchiridion, e græcola se inter
pretatum ad Laurentium
Medicē, Epis
tola.

Aenea Iapithan, eum qui cū Centauris pugnauerit
Laurenti Medices, adeo vulneribus inuolabilem,
reliq; imperiū fuisse scribit Pindarus, vt cū in eū
Centauri ingentē quādā syluarū molē, facto vnani
mīter impetu cōgessissent, recto (vt idē inqt) pede terrā scidea
rit. At vero Epicteus hinc n̄ ea, nō a Vulcano, vt Achilles atq;
Aeneas sed a natura ipsa ac ratione arma accepit. Quæ non mos
do se a telis & ferro, sed a metu quoq; & dolore, ceterisq; animi
perturbationibus tutum inuolabileq; præstiterint. Bellū quidē
hic uir, nō cū Centauris, vt ille, sed cū fortūa, cūq; opiniōe accer
rimū gessit. Quas ita ambas fudit atq; fugauit, vt eas ex vniuersa
sa quoq; hominū vita exterminauerit. Qui cū & seruus esset &
claud⁹, & Homérico Iro pauperior, haud tñ dubitauit, dijs sese
amicū notissimo apud græcos disticho assecrare. Legerat em̄
apud Platonē in eo dialogo, qui Alcibiades prim⁹ aut de natura
ra hoīs inseribit, eū proprie vereq; hoīem esse, cuius vis omnis
in rationali substantia existeret. Quapropter quicq; extra hunc
hominē foret, id ad se minime pertinere arbitratus est. Neq; id
verbis tñ aut librē, sed vita quoq; ipse præ se tulit, ita em̄ sese ab
externorū cura auocauit, vt Romæ eius domus ne ianuam qui
dem vllā habuerit, Quippe in qua præter vilissimū cubile nihil
oīno esset. Huius de vita ac moribus ingens volumē, quod tñ
olim culpa temporū interierit. Arrian⁹ vir clarissim⁹ conscrip
sit, eq; eius libris quasi florem quēdam, qui hūc Platonīcū, hoc
est verū hominē in libertatē vēdicaret, excerpserit, atq; in volumē
redegit. Quē, quia librū ad manū semp habere oporteat. Enchi
ridion, quo nomie militari pugiūcul⁹ significat, inscripsit. Ser
mo aut in eo oīno efficax est, atq; energiæ plen⁹, & in q; mira sit
ad permouendū vis. Suos em̄ quiuis affect⁹ in eo agnoscit, atq;
eos emēdandos, ceu quodā aculeo excitat. Oīa v̄o ordinē in
se mirū hnt, oībusq; velut lineis (quib; in plura id opus capita

lit distinctū) ad excitandū rationalē animū , quasi ad ipsū centrū
cōtendūt, vt is & suā dignitatē curā habeat, & proprijs actioni-
bus secūdū naturā utat. Stil^o autē q̄lē res postulare, cōcisus est di-
lucid^o, quicq̄ oēm respuat ornatū, Pythagoreorūq̄ præceptis,
q̄s illi Diathecas vocant, q̄s similim^o. Hoc ego opus cū latinū fa-
cere aggrederer vt indulti a te nobis hui^o tā suavis or̄, rationē
aliquā redderē, in duo oīno mēdosissima exēplaria incidī, plu-
ribusq̄ locis magna ex parte mutilata. Quapropter cū et cetera
quæcūq̄ vsq̄ exēplaria extarēt, nō dissimilia his eē audirē, per-
misi mihi vt sicubi aliq̄ capita, aut deessēt aut dimidiata supforēt
ea ego de Simplīcij v̄bis, q̄ id opus interpretatus est, maxia (q̄
tū in me esset) fide supplerem. Quod si nō v̄ba ad vnguem (id
nullo mō fieri poterat) at sensū certe ipsū purū syncerūq̄ latinū
a nobis redditū arbitror. Quod ne quēpiā fortasse pturbet, quē
admodū Aristarchus Homeri v̄sus, q̄s ipse non pbaret, ita nos
singula ipsa capita quæ n̄ris qdē v̄bis explicēt, obelo hoc est ve-
ru iugulauim^o. Suffurare igit̄ Laurēti tuis occupationib^o ocio-
lū aliq̄t si potes, qd libelli hui^o lectiōi impertias. Id em̄ disciplinæ
gen^o in eo est qd si recte ppēdas, nō cuiq̄ magis aliorū, q̄ ingen-
tis fortunæ viris cōueniat. Sed qd in toto hoc libello plurib^o ex-
plicat, id oē Epictetus duob^o his v̄bis, quæ etiā frequentissime
vsurpabat, comprehendere est solitus. SVSTINE ET AB-
STINE. Patriā hic vir Hieropolī Phrygiæ urbē habuit. Ro-
mæ Epaphrodito cuidā Neronis familiari seruit. Atq̄ ad .M.
vsq̄ Antonini tpa puenit. Domitiano autē imperante ei^o domia-
tu offensus Roma Hieropolī migravit, rat^o verū eē qd est apd
Tragicū. Patriā esse cuiusq̄, vbi quis recte ageret. Tanta vero
apud omneis hoīes ei^o vitæ admiratio extitit, vt Lucian^o Syrus
Epicteti lucernā fictilē trib^o drachmarū milib^o ob eis auctoritatē
venisse tradit. Nos ad te nunc nō lucernā Epicteti, sed ei^o imagi-
nē anī, quæ multo plus lucis habeat. Laurenti, mittimus. Nā cū
vniuersam tuę pulcherrimæ bibliothecæ suppellectilē, quā tute
nobis vtendam concessisti, nuperrime scrutarer, hoc vnū meri-
to opusculū quasi ex horto flosculū, quod tibi offerre, delibauī.
Hic em̄ vnus est liber, nisi me opinio fallit, qui & naturæ isti tuę
ad magna quædā sp, atq̄ ardua excitatæ, & his tam duris t̄pib^o.
qb^o te vndiq̄ fortūa exercēdū accepit, maxie oīm pueniet. Va.

EPICETI STOICI ENCHIRIDION.

¶ Quæ in nobis sint, quæue non, qualiaue, quæque sint.

¶ Caput .i.

Orum quæ sunt, partim in nobis est, partim non est.
e In nobis est opinio, conatus, appetitus, inclinatio, &
vt vno dicam verbo quæcunq; nostra sunt opera.
Non sunt in nobis corpus possessio, gloria, principatus, & vno
verbo quæcunq; nostra opera non sunt. Quæ igit in nobis sūt,
natura sunt libera, nec quæ prohiberi impediriue possint. Quæ
in nobis non sunt, ea imbecilla, serua, & quæ prohiberi possint,
atq; aliena.

¶ Quid ex eorum quæ nostra, quæq; aliena
sint, ignoratione, notitiæq; eueniat.

¶ Caput .ij.

I quæ natura sunt libera, serua putabis, & aliena quæ
sunt, ppria, impedieris, dolebis, turbaberis, incusabis
deos, atq; homines. Si vero quid tuū est id solū tuū eē
putabis, & alienum, quod reuera est alienum, nemo te cogitet
vnq; , nemo prohibebit, neminem culpabis, neminem accusa-
bis, inuitus nihil ages, nemo te lædet, inimicum non habebis.

¶ Qd' aliena omittēda, nra curanda, quodq; vtraq; asseq; nō ē.

¶ Caput .iij.

I ergo talia expetis, memēto nō oportere modice cō-
motum ea attingere, sed partim omnino dimittere, par-
tim in præsentia reiicere, ac primo tui ipsius curā age-
re. Si autē & hæc ipsa velis, regnare scilicet, diues esse, & dome-
sticos dirigere, fortasse neq; hæc ipsa consequeris, quia priora
quoq; expetis. Illa vero nullo modo consequeris, quæ sola ho-
mini fœlicitatem parant.

¶ Quo nos pacto in aspera quis imaginatiōe gerere oporteat.

¶ Caput .iiii.

Continuo igitur in quauis aspera imaginatiōe disce cō-
siderare, imaginatiōne esse illā, neq; id omnino esse,
quod videt. Deinde scrutare id, & examina his regu-
lis quas habes. Primaq; hac & maxie, vtrū circa ea sit, quæ sunt
in nobis, an quæ nō sunt. Quod si circa aliqd eorū sit quæ in nos
H

ENCHIRIDION.

bls non sunt. Promptum hoc esto, nihil ad me.

¶ Quomodo tractanda sunt, quæ in nobis sunt.

Caput. v.

Memento appetitus promissionem esse, ut consequaris quod appetis. Declinationis autem promissionem, ut in id non incidas, quod declines. Qui ergo appetit promissionem excidit, infortunatus est. Qui autem id quod declinat, incidit, male est fortunatus. Si ergo sola declines, quæ præter eorum naturam sunt, quæ in te sunt, nunquam in id incides, quod declines. Morbum autem si declines, aut mortem, aut pauper tatem, male fortunatus eris. Aufer igitur declinationem ab omnibus, quæ non sunt in nobis, eamque transfer in ea quæ præter eorum naturam sunt, quæ in nobis sunt. Appetitum vero penitus in præsentia aufer. Si enim appetis, quæ in nobis non sunt, ab aliquo eorum excidas, necesse est. Quantum vero eorum quæ sunt in nobis appetere expediat, nondum tibi constat. Solo ad imi conatu aut auocatione utere leuiter, & cum supputatione & remissione

¶ Quomodo tractanda sint, quæ in nobis non sunt.

Caput. vi.

In unoquoque eorum, quæ aut delectant, aut utilitatem præbent, aut diliguntur, memento considerare, quale id quicquid est. Incipiens a minimis. Si ollam diligis, dic ollam diligo. Ea enim fracta, non perturbaberis. Si filium tuum amas, aut uxorem, dic te hominem diligere, mortuo enim non perturbaberis.

¶ Quomodo præparari in actionibus oporteat ut perturbatione vacemus, ac primo per meditationem.

Caput. vii.

Cum rem quamquam aggressurus es, redige tibi in memoriam, qualis nam ea res sit. Si lotum abis præpone tibi quæcumque in balneo fiunt, irrorantis, inquietos, conuulsantis, furantis, atque ita tutius rem aggredieris. Si autem continuo dices, lauari volo, propositumque meum, quod secundum naturam est seruare. Et in quacumque re similiter, non peccabis. Hoc enim pacto si quid inter lauandum impedimenti accidat, in proprio hoc tibi

EPICETI.

bi erit. Non hoc volebā solū, sed & meū propositū, quod est secūdū naturā, seruare. Nō seruabo aut si moleste ferā, quæ fiunt,

¶ De perturbatione declinanda, per eorum naturæ consyderationem quæ nos perturbant.

Caput. viij.

p Perturbāt homines nō res ipsæ, sed rerū opiniōes, vt mors nihil terribile, alioqui & Socrati visa foret. Sed quia opinio de morte terribilis, ideo illa terribilis. Igitur cum aut impediāmur, aut perturbemur, aut doleamus. nūq̄ aliūm accusemus. Sed nos ipsos, hoc est opiniones nostras.

¶ Ratio superioris præcepti, triplicisq̄ hoīm grad⁹ assignatio.

Caput. ix.

i Neruditi est alios culpāre, cum quid male agat. Eius qui iam coepit erudiri seipsum, eruditi neq̄ aliūm, neque seipsum.

¶ Quomodo tractanda, quæ de externis videntur eligenda.

Caput. x.

o B nullā aliēnā excellentiam te efferas. Si equus superbiens dicat. Pulcher sum, ferendum esset, Tu vero cū dicis superbiens. Pulchrū habeo equū, memento te ob pulchrū equū superbire. Quid ergo est tuū: præter vsū imaginationū, ergo cū in vsu opinionū, secūdū naturam te habebis. Tum vero superbias, ob aliquod enim tuum bonum superbies.

¶ Quæ nobis ex externis concedantur, quoq̄ ijs pacto sit utendum per similitudinem.

Caput. xi.

q Veniamodū in nauigatione, vbi in portū est ventū si exeas aquatū, incidit vt cochleas in itinere, aut bulbos colligas, animū tñ ad nauigiū intēzū habere cōuenit, & sæpe respicere, an gubernator vocet. Et si vocet omnia illa abijcere. ne victus eo conijciarīs, instar pecudū, sic in vita si pro bulbulo aut cochleola vxorcūla nobis aut filiolo præbeatur, nihil sit prohibēdū. Si aut gubernator vocet, curre ad nauigiū relinquēs hæc, neq̄ respiciens. Si aut sis senex nūq̄ pcula nauigio discede, ne forte vocatus desis. Inq̄ id vincētus conijciarīs.

H ij

ENCHIRIDION.

ris. Qui enim volens non sequitur, necessitate hoc patietur.

¶ Quo pacto sine perturbatione. & noxia
externis acquiescere possimus.

¶ Caput. xij.

n E velis, quæ fiunt, fieri vt velis. Sed velis, quæ fiunt
vt fiunt, & prosper eris, Morbus corporis est impedi-
mentū. Propositi vero minime, nisi ipsum velit. Clau-
dicatio cruris impedimentum est, propositi vero minime. Atq;
hoc in quocunq; incidentium cōsydera, Inueniesq; id alterius es-
se impedimentum non tuum.

¶ Quod impossibilia non sunt, quæ præcipiuntur
quando vires animo aduersus omnia insunt.

¶ Caput. xij.

i N quocunq; incidentium memēto tecū ipse querere
quam tu vim habeas, ad eius vsum. Si malum habeas,
vim bonā inuenies, vt ad voluptates continentia, Si
labor offeratur, inuenies robur. Si conuictiū patientia. Atq; hoc
pacto assuetus ab imaginibus non perturbaris.

¶ Quales præbere nos oporteat, cum extrema amittamus.

¶ Caput. xiiij.

n Vnq; in re quapiam dicas, perdidi hoc, sed reddidi.
Puer obiit, redditus est. Ager ereptus, nōne & hic red-
ditus est? Sed malus est vir qui abstulit, quid ad te p-
quem repetierit, qui dedit. Quousq; autem tibi præbeatur, ve-
lut alienorum curam habe, vt hospitij viatores.

¶ Responso ad obiecta, quæ superiori præcepto emer-
gunt ac regula qua talia eligere ac erūnis exerceamur.

¶ Caput. xv.

i I proficere vis, dimitte has cōsyderatiōes. Si rem me-
am neglexero, nutrimentis carebo. Nisi puerū puniā
malus erit. Præstat em̄ fame obire sine dolore, & me-
tu, q̄ in affluentia viuere cū perturbatione. Præstat & puerum
malum esse, q̄ te infœlicem dominari. Igitur a minimis incipias
oportet, effusum est oleū, ablatū vinū. Cōsydera tāti abs te em̄
quietē, securitatem animi. Gratis aut nihil acquiritur. Si aut vos

EPICTETI.

ces puerū, Cogita posse illū non audire, aut audientē nihil eorū agere que velis. Sed nō tantū is est, vt propter eū tute pturberis.

¶ Contra vulgi de nobis existimationem,

¶ Caput. xvi.

s I proficere vis, ne moleste feras, si propter ea quæ extrinsecus sunt, demens, aut stultus videaris,

¶ Aduersus inanem gloriam.

Caput. xvij.

n E velis rei cuiuscūq; gnarus videri. Et si quibus, esse aliquis videare, ne crede tibi ipsi. Scis enim non facile eē & propositū tuū scd'm naturā seruare. Et ijs qui sint extrinsec^o placere, sed necesse ē vt q' alterū curet, alterū negligat.

¶ Quibus studendum sit, quibus non sit.

Caput. xvij.

s I velis liberos, vxoremq; tuā & amicos viuere. Stultus es. Que em̄ in te non sunt, vis in te esse, & quæ aliena, tua. Atq; ita si puerū peccare nō vis stultus es. Vis enim vt vitium non sit vitium. Si autem velis appetens aliquid eo non excidere, hoc potes, hoc igitur exercere potes.

¶ Quæ nos seruos faciant, quæue liberos.

Caput. xix.

d O minus cuiuscūq; est is, qui quæ illæ vult, aut nō vult, potest aut dara, aut auferre. Qui ergo liber esse vult neq; velit quicūq;, neq; sugiat, eorum quæ sunt in alijs,

Alioqui vt seruiat necesse est.

¶ Regula electiōis p'sentiū, p'reteritorū & futurorū p' similitudinē.

Caput. xx.

m Emento oportere te in conuiuio versari. In quo si ferula ad te pueniūt, extenta manu modeste carpe si trās sit, qui fert, ne eum detine. Si nondum peruenit ne p' eū appetitū extende, sed expecta dū ad te pueniat. Sic erga filios. sic erga vxorē, sic erga principatus, sic erga diuitias. Erisq; aliquñ dign^o deorū cōuiuio. Si vero quæ appolita fuerit, nō capis es, sed cōtēnes. Tūc v' nō mō deorū conuiuia, sed collega eris. Id em̄ cū facerent Diogenes & Heraclitus atq; his similes meris

H iij

ENCHIRIDION.

to & diuini erant & vocabantur.

¶ Quo pacto imaginatōi moderādū circa ea q̄ fugiēda vidēt.

Caput. xxi.

C Vm flentem videas in luctu, quia eius filius aut peregre absit, aut obierit, aut bona dilapidauerit. Caue ne te imaginatio corripiat tanq̄ in malis ille cum sit in externis, sed statim in prōptu habeto. Non hunc casus hic torquet, quia animus non torquet, sed opinio. Quātū igitur ad sermonem pertinet, versare audacter cū illo, quinimo & si incidit, simul gema. Caue tamen ne & intrinsecus gemas.

¶ Quid ad nos attinet, q̄dū supra nos sit aptissima similitudie.

Caput. xxij.

M Emento auctorem te esse fabulæ quancunq̄ is velit, qui docet. Si breuē, breuis. Si longum, longæ, si mediū cum agere te velit, & tunc ingeniose age, Si claudū, si principem: si priuatum, ad te enim pertinet datam tibi personā bene agere. Eligere ad alium.

¶ Quo pacto & in diuersorum expectatione imaginationi moderandum sit.

Caput. xxij.

S I coruus aduersum crocitant, ne te imaginatio corripiat, sed statim tecū ipse diiudica, & dic nihil mihi hæc significant. Sed vel corpori meo, vel gloriolæ, vel natalis, vel vxori. Mihi vero omnia prospera significant, si voluero. Quicquid enim horū incidat, in me est, vt ex ijs vtilitatē capiam.

¶ Causa superioris sensus, & quasi conclusio.

Caput. xxiiij.

N uictus esse poteris, si in nullū certamen descendes. Quod vt vincas, in te non est.

¶ Quæ uia ad libertatem expeditissima sit.

Caput. xxv.

V Ide ne quenq̄, quē tu aut honore, aut potētia, aut fama præstantem videas, beatū dicas, ab imaginatiōe videlicet correptus. Nam si substantia boni in ijs est, quæ sunt in nobis, ibi neq̄ inuidia, neq̄ æmulatio locū habet. Tu autē

EPICETI.

tem non imperator aut consul esse vis, se d libet, Vna autem via ad hoc est contemptus eorum quæ in nobis non sunt.

¶ Solutio eorum, quæ superioribus obstare videntur.

Caput. xxvi.

m Emento non qui conuiciatur, aut verberat iniuriã facere Sed opinionem de hoc, velut, iniuriã facere. Cũ te igitur quis irriter, tua te opinioẽ scito irritarit. Quã obrem a principio enitere, ne te imaginatio corripiat. Si em̄ semel per aliquod temp⁹ eam cõtinebis, facilius tui ipsius cõposu eris. Mors & exilium & omnia quæ terribilia videtur, ante oculos tibi continuo sunt Maxime vero omniũ mors, neq; quicq; vnq; humile cogitabis, neq; quicq; cupies nimis.

¶ Secunda pars, qua eum qui iam profecerit, instituit. Ea q; primo dissoluit, que philosophanti incipientibus occurrunt.

Caput. xxvij.

s I philosophiam cupis, præpara te continuo vt irridearis, vt subsanneris a multis, vt dicant repẽte, nobis philosophus emerit. Et vnde nobis hoc superciliũ? Tu vero supercilium quidem ne habe. Quæ vero tibi optima videtur, ita retine, tanq; sis a deo in hac acie collocatus. Quod si persistes in iisdem, Et qui te prius deridebant, n̄dem postea admirabuntur. Si vero ijs terga dederis, dupla irrisione afficeris.

¶ Quod a seipso ad externos p̄uersio philosophi statũ destruit.

Caput. xxviij.

s I quando euenerit, vt ad ea quæ extra sunt, te cõuersas, velisq; cuiptam placere. Scito te de statu decidisse.

Satis igitur tibi in omnibus sit. Philosophum te esse.

¶ Si autem videri etiam vis, tibi ipsi videare, & satis erit.

¶ Solutio emergentium in eius animo cogitationum qui philosophiam aggrediatur.

Caput. xxix.

h Ae te cogitationes ne crucient, honore carebo, neq; vsq; vllus ero. Si enim carere honore in malis est (vt certe est) non potest in malo esse propter aliud non magis q; in turpi. Nunquid tuũ opus est, principatu potiori, cõs

ENCHIRIDION.

uiuio accipi? minime. Quomodo igitur hoc est? honore carere?
 Quomodo vero neque usque nullus eris, quem in istis solis esse oportet, que
 sunt in te, in quibus tibi ipsi maxime esse licet. Sed amicis pro-
 desse non potero. Quid tu ais prodesse, non habebunt abs te argen-
 tum, neque eos ciues Romanos facies? Quis tibi ergo dixit, esse hæc
 in nobis, & non aliena opera? Quis autem potest dare alteri quod ipse
 se non habet? Possibile igitur inquit, ut & nos habeamus? Si possum
 possidere seruans memet verecundum, fidum, & magnanimum, osten-
 de viam & possidebo. Si vero æquum ducitis, mea me bona per-
 dere, ut nos quæ bona non sunt, acquiratis, vos ipsi videte, quã
 iniqui sitis. quanquam ingrati. Quod si fidum verecundumque amicum
 argento præponitis, in hoc vos mihi opitulamini, neque ea me
 agere, æquum ducite quibus hoc perdam. Sed patria quantum in me
 erit. adiumento carebit. Rursus quod tu ais, adiumentum? por-
 ticus non habebit per te neque balneas. Quid tum? Neque enim
 calceos habet per cerdonem, neque arma per fabrum. Satis est autem si
 suum quisque opus expleat. Quod si ei quæpiam alium compares, ciuem
 fidum & verecundum, nihil ne ei prodes? vtique. Neque tu igitur inuti-
 lis illi eris. Quo igitur ordine in ciuitate ero? Quo poteris, ser-
 uans simul te fidum & verecundum. Quod si dum illi prodesse velis,
 hæc perdas, quæ tu illi usum afferes, qui imprudens infidusque euaseris,

¶ Continuatio eorum solutionis, quæ philo-
 sophari incipientem impediunt

Caput. xxx.

Repositus tibi est quæpiam in conuiuio, aut in salutatioe, aut
 in consilio. Si hæc bona sunt, gaudere te oportet, quia his
 potitus sit ille. Si mala, ne accipere, quia tibi non acciderit
 Memento autem non posse te hæc solummodo facientem paria
 cum cæteris consequi in his, quæ in nobis non sunt, Quomodo erga paria
 habere potest, alicuius fores non frequentas cum eo qui frequentat, non
 deducens cum deducere, non laudans cum laudate. Iniustus igitur eris
 atque inexplebilis, si his nequaquam relictis, quibus illa emunt, ea gra-
 tis volueris. Sed quanti emunt lactucæ? obulo. si ita contingat.
 Ut igitur cum quis obulum præbet accipiat lactucas, tu non præbes, non ac-
 cipias, haud minus habere te censes eo qui accipit. Ut enim ille hæc

EPICTETI.

bet lactucas, sic tu obolū non dedisti. Eodē mō hic euenit. Non vocaris ad cuiuscūq; conuiuū. Nō em̄ quātī conuiuū emīt dēdisti. Laude id vendit, ministerio vendit. Da igit̄ si tibi conducit, quā ti emīt. Qz si & illa amittere nō vis, & hæc accipere, inexplēbis es & stolidus. Nihil igit̄ habes pro cœna. Nēpe habes, q̄ nō laudas, quē nō vis. Quod nō ea p̄fers, quæ ad eius limē p̄ferunt

¶ Quæ sunt communia, etiam ex naturæ voluntate.

Caput. xxxi.

v **O**luntas naturæ perpēdi ex his potest, in quib⁹ alteri ab alteris non differimus. Velut cū alien⁹ puer fregērit poculum, in promptu statim est esse id ex ijs quæ fiunt. Scito igit̄ cū tuū fuerit fractū talē te esse oportere, qualis fueris, cū alienū frangeret̄. Idem ad maiora quoq; trāffer. Alienus obiit filius, aut vxor, nemo est, qui nō dicat, humanum id esse. Sed cū suus cuiuscūq; obiit, statim hei mihi. & me miserū. Oportebat aut̄ memisse quid nobis accidat, cū de alijs idē audimus,

¶ Mali naturam in mundo non esse.

Caput. xxxii.

q **V**enadmodum non ideo sagitariū signum figitur, vt non attingatur. Sic neq; mali natura in mundo fit.

¶ Quam putanda sit animi perturbatio, quidue agēsdum, ne in eam incidamus.

¶ Caput. xxxiii.

s **I**quis tuū corpus īperiū habēti traderet, & grefferes. Quod aut̄ tu tuā mentem cui vis tradis, vt cū tibi conuicia dicuntur, perturbatur, illa & confunditur, nōne te pudet? ¶ Quicquid igit̄ aggressur⁹ es, eius initiū primo, tū qd̄ deinceps sequat̄. cōsidera. Atq; ita rē aggrediare. Id si nō feceris nūq; ipam p̄mpte aggredieris, nihil eorū cogitās, quæ futura sūt. Postmodū vero cū quedā apparebūt turpia, pudore afficeris,

¶ Efficax considerandi exemplum quod quaq; in re quam simus aggressuri, accidere possit,

Caput. xxxiiii.

v **I**s olympia vincere, & ego per deos, magnificū enim est. Sed cōsidera, & initia, & cōsequentia atq; ita rē aggredere. Oportet bñ sese īstituere, necessarijs velci,

ENCHIRIDION.

abstinere condimentis, exerceri ad necessitatem, ad præscriptâ horam, in æstu, in frigore, frigidam non bibere, non vinum, si ita ferat res. Totum te denique præfecto ipsi, ceu medico tradere. Tū in certamē prodire. Et interdū manū vulnerari, talū distortū queri, multā aphen deglutire interdū vero & flagellari. Postq̃ hæc omnia superari, His animaduersis, si adhuc vis, abi certatū. Sin minus, instar puerorū deges, qui nunc palestritæ ludūt, nūc gladiatores, nūc tuba canunt. Mox tragœdum agunt, ita, & tu nunc athleta, nunc gladiator, nunc orator, nunc philosophus. Toro vero animo nihil, sed velut simius, quicquid cernis, imitaris, aliudq̃ ex alio tibi placet. Non enim cū aniaduersione rē aggressus es, neq̃ circumspiciens, sed temere, & per frigidam cupiditatem. Sic nōnulli cū philosophū inuentur, aut cū a quopiā audiunt. Bene Socrates dicit, & qui potest dicere ut ille? Volunt & ipsi statim philosophari. Homo considera primo, quæ nam, aut qualis sit ea res quā aggredieris. Deinde naturā tuā cōsule, utrū id, tolerare possis, Vis esse luctator, aut panthalus, aspice brachia tua, aspice lumbos, aspice formora. Aliud em̃ alijs aptum rebus, natura parens largita est. An te censes huiusmodi rebus studentem eodem mō vesci posse, eodē modo potū sumere, eodē mō irasci, eodē mō mœrere. Vigilare oportet, laborare sedere, a proprijs bonis, a pueris cōtēni, derideri ab omnib⁹. Vniuersis in rebus minus autoritatis habere, in honore, in magistratu, in iudicio, in cæteris omnibus. Hæc inquā omnia considera, & utrū pro his indolentiā, libertatē, quietē malis, animaduersite. Quod ni malis, caue ea aggrediaris, ne instar puerorū, modo philosophus, modo publican⁹, paulo post rhetor, postremo cæsaris pcurator fias, Hæc inuicē nequaq̃ cōueniunt. Illud oportet hominē esse te vel bonū, vel malū, aut ad interiora te vertas, necesse est, aut ad exteriora, vel philosophi locū teneas v' ideote.

¶ Q̃ officia a natura ducunt, quodq̃ ut sese quisq̃ aduers⁹ quēpiam habeat, considerantur. Tum de officijs erga homines.

Caput. xxxv.

○ Officia habitibus pensatur. Pater appellatur, curandus est cedendū ei in omnibus. Ferēdus cū aut obiurgat, aut verberat, Sed mal⁹ pater est. At natura te nō bo

EPICETI.

no patri, sed patri conciliauit. Frater iniurius est. Vide quo tu lo-
co sis, non quid ille faciat. Propositum tibi est, vt scd'm naturam
tu facias. Nemo enim te lædit, nisi valentem. Tum læsus eris, cū
te lædi opīnaberis. Sic ergo a ciue ad ciuem, a vicino ad vicinū,
ad imperatorem ab imperatore, officium inuenies. si considera-
re habitus assuesces.

¶ Officia aduersus deos,

Caput xxxvi.

Pietatis erga deos id maximū esse scito, vt de ipsis bene
sentias, putetq; & eos esse, beneq; ac recte gubernare,
Tum vt ita te compares, parare eis atq; om̄ibus cede-
re, quæ fiant, neq; inuitum sequi, quasi omnia ex optimo consi-
lio efficiantur. Hoc enim pacto neq; deos vnq; culpabis, neq;
incusabis, quasi neglectus. Id vero aliter efficere non potes, nisi
ab ijs te auoces, quæ in nobis nō sunt, Inq; ijs tantum quæ sunt
in nobis, bonū ac malū ponas. Quod si eorū aliquid bonum esse
aut malū opineris, necesse est, vt cū ea non consequeris, quæ ve-
lis, aut in ea incidas, quæ nobis conqueraris, atq; oderis eius rei
causam. Omne ad hoc animal natum est, vt quæ noxia vident̄,
eorūq; causas fugiant, atq; ab his auertantur. Vtilia v̄o & eorū
causas, quærāt atq; admirentur. Nō potest igitur qui se lædi pu-
tat, eo quod lædere videtur, gaudere. Vnde ipsa læsione gaudere
re impossibile est. Vnde & patri filius conuiciatur, cum his quæ
bona videntur, filiū non imperit. Et Polinicum atq; Eteoclem
hoc inter se discordare compulit, quod tyrannidem bonum esse
putabant. Propter hoc agricola conuiciat̄ dijs, propter hoc nau-
ta, propter hoc mercator, propter hoc ipsum, quibus aut vxor-
es aut liberi interiire. Vbi enim vtilitas, ibi pietas, Quamobrē
qui ea curat appetere, atq; euitare quæ oportet, is eo tempore eti-
am pietatem curat. Liberare aut̄ & sacrificare secundum patrios
mores, vnumquemq; decet, pure absq; lascitia, absq; negligē-
tia, non parce, non supra facultatem.

¶ Qualem se ad diuinātionem adhibere, de quibus vatem con-
sulere, quomodo diuinātionibus vtī oporteat. In quo simul, &
officium erga deos, & erga nos ipsos existit.

Caput xxxvij.

I ij

ENCHIRIDION.

Vm ad diuinationem accedis, memento ignorare te, quod sit euenturū, atq; ideo vatē adire vt, ex eo id audias. Quale autem quicquid sit, si philosophus es, non ignoras. Si em̄ ex ijs est quæ in nobis nō sunt, necessariū profectō est, neq; bonū id esse, neq; malū. Tolle igitur abs te cū vatem adis appetitū ac declinationē. Aliter em̄ tremens vatem adibis, Sed cū noris quicquid euenturū sit, susq; deq; esse, & nihil ad te, licebit quodcunq; id sit, eo bene vti, neq; te quisq; prohibebit, Fidens igitur deos tanq; consultos adi, Mox vbi quid tibi consuluerint, memento quos in consiliū acceperis, quibusq; sit obaudire, nisi parueris. De his aut (vt & Socrates dictabat) consulendus est vates. Quorū omnis cōsideratio, relationē ad exitum habet. Cuius cognoscendi occasio, neq; ex ratione nobis, neq; ex arte aliqua sit præbita, Quāobrē cū tantum periclitandū tibi fuerit cū amico, aut cū patria, ne consule an periclitaturus sis. Nam si tibi vates dixerit, aduersa apparuisse exta, manifestū est, aut mortē significari, aut corporis impedimentū, aut exilium, Sed dictabit ratio, teq; confirmabit, vt cum amico, & patria pericliteris. Maximum igitur vati, hoc est ipsi Pythio intende, qui eum de templo expulit, qui amico opem non tulerit.

¶ Officia erga nos ipsos, ac de ijs primo quæ ad morū cōstatiā faciūt, quæue eam impediunt, & de sermōe in primis ac silētio.

Caput. xxxviii.

Tatue tibi ipsi formulam quandā ac regulā, quā deinceps serues, & cum tecū ipse es & cū in homines incidis. Silentium sit plurimū. Loquere necessaria & paucis, & raro, aut quandoq; cum te ad aliquid dicendū tempus vocat, dic quidē, sed non de quauis re, non de gladiatorum pugna, non de cursu equorū, non de athleticis, non de epulis, vel poculis singulatim. Maxime vero omnīū nō de hominibus vituperans, aut laudans, aut cū cæteris iudicans. Si igitur possis, de muta eorum sermones, qui tecum sint, in id quod deceat. Quod si inter extraneos te reprehensum videas, tace.

¶ De risu.

Caput. xxxix.

¶ Risus neq; multus sit, neq; ob multa, neq; solutus.

¶ De iureiurando.

Caput xl.

EPICETI.

Vsiurandum refuge, si possis. Si minus, cum licet.

i ¶ Aduersus cupiditatem, ac primo de conuiujs.

Caput. xli.

c Onuiuia cū extraneis ac vulgaribus respue. Quod si quando tempus incidat, intentum habe animū, ne in vulgarem statum defluas. Scias enim necessariū esse, qui cum inquinato conficietur, & ipsum inquinari.

¶ De eorum, quæ ad corpus pertineant, vsu. Caput. xliij.

q ¶ Quod ad corpus attinet, ad purū vsq; vsum summe, velut cibum, potum, vestem, domum. Quod aut ad gulam aut delicias pertinet, penitus circumscribe.

¶ De re venerea, Caput. xliij.

c Irca rem veneream, quantum in nobis sit, ante nuptias pure agendū est. Quod si cogimur, quæ tñ sunt legitima assumenda. Ne sis tamē molestus vtentib;

Nec redargutor, neue sapius obijce te non vti.

¶ Aduersus iracundiā, & quales nos erga detractores pbemus.

Caput. xliij.

s ¶ I quis ad te deferat, Ille de te male dicit, ne excusa q̄ dicantur, sed responde. Ignorat ille & alia quæ mihi adsunt mala, alioqui non sola hæc diceret.

¶ De spectaculorum cupiditate Caput. xlv.

a ¶ De theatra saepe accedere necessarium non est. Quod si quando tempus incidat, caue ne cuiq; magis studere videaris, q̄ tibi, Velis quæ fiūt, ita fieri vt fiunt, eū tantummodo vincere qui victor fuit. Status autē ne sit grauis, sed constans cum quadā lætitia. Egressus spectaculo multa de his, quæ facta sint, ne disputa. Quando ad te corrigendum non faciunt, neq; de omnibus sermonibus qui dicti sint.

¶ De auscultationum cupiditate, Caput. xlvi.

a ¶ De recitantes ne accede, neq; his vel raro intersis. Quod si intersis, grauitatē & lātitiāq; ita serua, vt molestia vaces.

¶ De congressu cum potentioribus, Caput. xlvij.

c ¶ Congressurus cum aliquo, & eorū præsertim qui potentiores vidēt, p̄pone tibi, qd in hoc fecisset Socrates aut Zeno. Nec dubitabis q̄ te pacto gerere oportet.

I iij

ENCHIRIDION.

¶ Quomodo preparare nos debeamus potentio rem adituri.

Caput. xlvij.

c Vm auditurus quempiã eorũ es, qui magna possũt, præpone tibi ipsi fore vt non admittaris intro ad eum vt excludaris, vt tibi fores non pateant, vt te ille negligat. Tum cogita an cum ijs eũ adire expedias. Vbi adieris, ser quæ fiunt. Neq; tu tecum dicas vnq;. Talia non merebar. Vulgare enim est, que extrinsecus sunt calumniari.

¶ De congressibus cum plurimis, Caput. xlix.

i N cõgressib^o absit, vt de tuis, aut opibus, aut piclis nis miũ atq; immodice memineris. Nõ em̃ quẽadmodũ tibi de tuis periculis meminisse, ita & alijs que tibi acciderint audire est iucundũ. Absit etiam vt risum moueas, est em̃ res vulgaris, & nescio q̃ mō ducit ad vtilitatẽ, & hæc vna venerationẽ, qua te prosequant̃ qui adsint, remittere põt. Nõnũq; vero & in sermonis obscœnitatẽ trahit. Qd' si qñ incidat, tum si res & tps fert, obscœnitate vtentẽ increpa. Sin minus, vt saltẽ taciturnitate, & robore, ostende, eũ te sermonẽ ferre iniquo animo.

¶ Quomodo resistendum voluptati. Caput. l.

c Vm voluptatis cuiuspiam imaginationẽ capis, quẽ admodũ in cæteris, serua te ipsum, ne ab ea corripiaris. Sed excipiat te res ipsa, atq; aliquod tute spaciũ cape. Tũ vtrunq; tps aĩo voluta, & qua voluptate poteris, & qua iã potitus, pœnitentia afficeris. Teq; ipm tute increpa. His vero oppone quantopere si abstineris gaudebis. Teq; ipsũ tute laudabis. Quod si res postulare videt̃ vt rem aggrediaris. Caue ne suis te blandimentis atq; illecebris superet. Tum oppone, q̃ melius sit, huius certaminis victoriam tibi ipsi conscire.

¶ Agẽdũ bonũ ppter seipsũ, reliqs neglectis ac p̃mo de iustitia

Caput. li.

c Vm iudicaris faciendã tibi rẽ, idq; facias, ne da operã quominus te facientẽ alij videãt etiam si aliud quippiã ea de re multi sint opinaturi. Si em̃ recte facis, ipsum ep^o fugiẽdũ ẽ. Si recte, ne metue increpaturos nõ recte. Vt enĩ hoc aut dies aut nox est, aduers^o disiũctũ magnã hz dignitatẽ, aduers^o aut piugatũ idignitatẽ. Sic & maiorẽ ptẽ eligere magnã erẽ

EPICTETI.

ga corp^o dignitatū h³. Ad seruādā aut quā i cōuiuio cōmuniō
nē oportet, indignitatē h³. Si qñ tgitur cū aliquo cōuiuaris, me
mēto ne ad eorū quæ opposita sunt dignitatē aduersus corpus
aspicias. Sed aduersus quoq; animū, qualā decet conuiā te serua
¶ Quod nō bonū simpliciter, sed quod nobis faciat eligendum

Caput. liij.

s I personam induisti, supra tuas vires, neq; eam susti
nes. Et quod implere potueras, omisisti,

¶ Quomodo vel ab irrationalibus affectibus vel a
suo peruerso iudicio seruemus. Caput. liij.

i Nter deābulādū, quemadmodū caues, ne clauum cal
ces, aut pedē distorqas. Ita caue ne qd' in te ipō dñat.
offendas, & hoc si in quauis re seruem^o, tuti^o illam aggrediemur

¶ De eorū quæ ad corp^o pertineāt possessione. Caput. liiij.

m O dus possessiōis vniciq; corp^o ē velut pes calcei. Si
in hoc ergo cōsistas, modū seruabis. Si excedas, in pre
ceps feraris necesse est, velut in calceo, si supra pedē ex
tēdas, sit aureus calceus, deinde purpureus, deinde punctabun
dus, nullus enim terminus est, vbi modum semel excesseris,

¶ De officio & cura erga vxorem, Caput. lvi.

m Vlieres statim a. xiiij. anno dñæ vocant. His enī viri
ob cōcubitū blādiunt. Viroz ergo culpa, sibi deiceps
nimis placēt. Monendæ igit sunt, fore vt apud nos in
honore sint, nihil ob aliud, nisi si modestæ sint, & virū reuereant.

¶ Degeneris signū, deq; nimio corpis cultu, Caput. lvi.

d Egeneris signū est insistere ijs quæ corpis sunt, Vt plu
rimo exercitio, plurimo corpis cultui. Sed & consen
sus cuiusdam supuacanei signū est. Quib^o em gaude
mus, cū iisdē cōsentimus, Oportet igit nimiam corpis curā, velut
ab re eē arbitrari. Maxie v^o curā ei^o habere, qd ipso vtit corpe.

¶ Præceptum ad patientiam ac mansuetudinem.

Caput. lvij.

c Vm quisq; tibi male facit, aut dicit, memento illum
suum se officiū facere arbitrantem aut dicere. Esse igit
tur non potest, vt is quod tibi videtur, sequatur. Sed
quod sibi ipsi, Quod si male sibi videtur, ipse læditur, qui & deo

ENCHIRIDION.

ceptus est. Verum enim coniugatum, si quisque falsum arbitretur non coniugatum ipsum leditur, sed qui decipitur. Si ab his igitur mouearis, mitem te aduersus conuiciantem præbebis. Loquere igitur, sic in qua vis re, ipsi est visum.

¶ Quæ res oēs partim alteræ alteris consentiunt, partim dissidēt,
Caput, lviij.

o Mnīs res duas habet ansas, alteram quæ ferri possit, alteram quæ non possit. Frater si iniurius sit, ne eum inde carpias, quæ frater est iniurius. Hæc enim eius ansa est quæ ferri non possit, Sed inde magis, quod frater est, quæ tecum educatus. Atque ita inde eum carpias, vnde ferri possit.

¶ De sermonum congruentia.

Caput, lix.

h I sermones non congruunt. Ego sum ditior te, ego igitur melior sum. Ego sapientior te, ego igitur meliore te, Hi autem magis congruunt. Ego te ditior sum. Mea igitur possessio, quam tua, melior est. Ego te sapientior. Mea igitur oratio, quam tua, melior, Tu vero neque possessio es, neque oratio.

¶ De iudicio rerum exacto,

Caput, lx.

l Auatur quis cito, ne dicas, male eum lauari. Si cito bibit quis multum vini (ne dicas male) sed multum. Nisi enim eius consilium scias vnde scis an male. Sic enim accidet ut aliorum apprehensiuas imaginationes accipiamus. alij autem assentiamus

¶ Aduersus gloriam atque ostentationem, & primo circa scientiam.
Caput, lxi.

n Villo modo teipsum dixeris philosophum neque multum loquere, inter ineruditos de speculationibus. Sed fac aliquid ex ipsis speculationibus, veluti in conuiuio, ne dic quo pacto oporteat comesse, sed comede ut oportet. Memento enim & Socratem vnde cumque abstulisse ostentationem. Quæ si de aliqua speculatione sermo inter ineruditos incidat, tace ut plurimum. Magnam enim periculum est euomere, que non concoxeris. Et cum quis dixerit te nihil scire, idque te non remordeat tum scito initium esse operis. Nam & oues non herbam euomentes pastoribus ostendunt, quas

EPICETI.

tum comederit, sed cibum intus concoquentes vellera extra feruntur, & lac. Et tu igitur ne speculationes ineruditis ostēta, sed ex his concoctis opera.

¶ Aduersus sobrietatis, tolerantiaeq; ostentationem.

Caput, lxiij.

C Vm attenuato sis corpusculo, ne tibi ob id place, Neq; si aquam bibas, ex quā occasione dic aquā bibo. Sed cogita quā sint medici abstinentiores nobis, quāq; tolerāiores. Tū q; alia non habeamus bona quā alij habent. Quon si exerceri velis, ad laborē ac patientiā, tecū ipse hoc fac. Neq; ab externis videri velis, vt qui vim patientes a potentioribus quo populum conuocent, statuas inscendunt, & se vim pati clamant. Ostentator em̄ totus extra vergit, & patientiā atq; abstinentiā bona destruit. Cū eorū finē statuit esse mltorū opinionē

¶ Descriptio triplicis habitus ineruditi philosophi, & pficiētis.

Caput. lxiij.

Ineruditi status & formula est, nūq; a se ipso expectare utilitatē aut nocumētū, sed ab externis. Philosophi status est & formula, omnē utilitatē ac nocumentum a seipso expectare. Signū proficientis hoc est. Neminē vituperat, neminē laudat, de nemine queritur. Neminem accusat. nihil de seipso dicit, ceu si sit aliquis. aut aliquid sciat. Cū in re quapiā aut impedit, aut prohibet, seipsum accusat. Et si quis ipsum laudet, videt laudantem, ipse secū. Et si vituperet, non se expurgat. Degit aut instar valetudinarij cauens aliquid eorū, quā sunt in se cōmouere priusq; ad soliditatem perueniat. Appetitū omnē a seipso sustulit. Declinationē vero i ea quā tm̄ sunt cōtra naturā eorū videlicet quā sunt in nobis transtulit. Conatu ad omnia remisse vitur. An stultus an rudis dicat, minime curat. Vtq; vno explicē vbo, q; si aduersariū seipsum obseruat, & quasi insidiatorē

¶ Quod verba propter opera. Caput. lxiij.

C Vm q; ideo gloriat, q; Chryssippi sentētiā interpretetur. dicat ipse secū. Nisi aperte Chryssippus scripsisset nequaq; haberem, vnde gloriarer. Sed scripsit Chryssippus, non vt quis eū interpretaretur, sed vt secundū se operaretur. Si ergo scriptis vtar, tū eorū bonū fuero consecutus. Si aus

K

ENCHIRIDION.

tem interpretantem admirer, aut etiam ipse interpretari possim
grammaticū, nō philosophū admirer, aut agam. Quod aut pro
dest, medicamenta quaedam inuenisse descripta, eaq; intelligere
atq; alijs tradere. Ipsummet agrotantem minime eis uti:

¶ Quod in his perseverandum, Caput. lxxv.

¶ Nō proposito perseverandum, velut in lege est. Persta
igitur, Velut si hac transcedas, impius sis futurus. Q;
si quis de te dixerit. Ne cura, Id enim tuum non est.

¶ Quod supercedendū nō est, sed q̄ primū ad hac incumbendū
Caput. lxxvi.

¶ Vo te vsq; differs, vt iam te aliquādo dignū his (quae
q; optima sunt) putes. Neq; vsq; transgredi haec statuas.
Q; si diē de die termino adiicias non proficis, sed deficis
Iā nunc igitur auesce. Vt tanq; perfectus viuas, omnibusq; que
accidant recte vtaris, Et quacuncq; in re arbitrare propositum tibi
certamen. Neque vllum diem negligas. Qui enim die non
proficis, deficis. Hoc igitur pacto Socrates virorum omnium
sapientissimus euasit. Quod si ipse nondum es Socrates, at viue
re debes, vt qui Socrates velis esse!

¶ Tres loci in philosophia, eorumq; inter se ordo.
Caput. lxxvij.

¶ Primus ac maxime necessarius loc^o est in philosophia
p qui ad vsum speculationū pertinet, velut est non mē-
tiri. Secundus qui ad demonstrationes, uelut est, cum
mentiri nō oporteat. Tertius qui ad eas cōfirmandas & prospis-
ciēdas spectat. Hoc est quo pacto & vnde demonstrare id possi-
mus, verū etiā aut falsū. Igit̄ tertius quidē loc^o necessarius est ob
secundū. Secundus ob primū. Maxie omnū necessarius est & in
quo quiescere oporteat, prim^o est. Nos vero cōtra facim^o. Ter-
tio enim loco immoramur, inq; eo oē nostrū studiū conterim^o.

¶ Tres antiquorū sententiā in promptu habēdā quarum
prima, Cleanis. Euripidis secunda, Tertia Platonis est.

Caput lxxvij.

¶ Emper hac in promptu habenda. Primū si enitar ma-
s lus ero, gemensq; ac plorans sequar. Secundū. Neces-
sitas omnū sursum versu ad diuina causam ducit vos

DE ODIS ET INVIDIA.

lentia, & inuita. Eā qui latus sequit̄ is vero est sapiēs. Sed & tertium. O Criton (Si ita dijs placet) ita fiat. Me vero Znytus & Melitus interimere quidem possunt, lædere autem nō possunt,

Epicteti Stoici Enchiridij, finis.

PLVTARCHI LIBELLVS, DE DIFFERENTIA INTER ODIVM ET INVIDIAM.

Nihil fere ab odio differre inuidia, sed idem esse plane videtur. Vicia em̄ multitudini humorū similia sūt, quę si cū pendētib⁹ ex ipsis affectib⁹, huc atq; illuc moueantur, pluribus inter se nodis atq; implicationibus connectuntur. Ipse vero (quemadmodum in ægritudinib⁹ accidit) aliæ ob aliarum dolorem cruciantur. Fœlix enim tam eum qui odia gerit, quam inuidum torquet. Iccirco benevolentiam vtriusq; oppositā putamus. Nihil enim est aliud, quā bonorum erga proximum voluntas, Odium vero atq; inuidiā eiusdem animi affectus esse quippe qui contrariam benevolentia optionem habent, Sed quando non æque idem similitudines (vt differentia diuersum faciunt) per has perscrutemur, in pagemusq; ab ipso horum affectuum genere exordium sumentes. Nascitur itaque odium ex opinione quam habemus, quod his quem odimus, malus sit aut in vniuersum, aut quantū ad nos attinet, Cum enim fieri sibi iniuriam nonnulli putant, ad gerenda odia promptiores redduntur. Afferentes igitur iniuriam, & malos homines oderunt, & iniquo animo ferunt, Inuidēt vero his dumtaxat qui foeliciter vivere videntur. Quapropter inuidia quidem indeterminata est, perinde atq; ægritudo oculorum, que ad omnem splendorem turbatur. Odium vero certis clauditur terminis, cum semper in aliquibus subiectis permaneat, Præterea odium est etiam erga animalia ratione carentia. Feles enim cantaridesque nonnulli oderunt & rubetas & serpentes. Germanicus vero neq; Gallum aspicere poterat. At Persarum magi mures interficiebant, tum quia illos oderant, tum quod dijs immortalibus eius generis animal molestum esse arbitrabantur, quod aras

PLVTARCHVS.

bes quoq; & Aetiopes faciūt, Inuidia vero dūtaxat hoīs & erga hominē est. Neq; em̄ inuidere inter se feræ p̄nt, cū nullū de felicitate alterius iudiciū habeant neq; gloria, aut dedecore moueant quib⁹ reb⁹ inuidia augeri maxie solet. O diū vero et inimicitias inuicē exercēt. pugnātesq; inter sese q̄si aduersus quosdā inuidos Aquilæ enim, draconesq; inter se pugnāt. Cornices & noctua. Egithali & acantilides, quorum nec cruor quidem cū interfecti fuerint cōmisceri potest, q̄ si forte miscueris rursus fluit, seperatq;. Credibile v̄o est & maximū illud tam leonis in gallū, quam elephantī in aprū, odiū ex timore natū esse. Quod em̄ timēt, facile oderūt oēs. Hoc igit̄ inter odiū inuidiāq; videt̄ interesse, q̄ illud in brutorū etiā natura cōperiat̄. hæc hūanū gen⁹ non excepat. Ad id accedit. qd̄ iuste inuidere nemo quisq; p̄t. Neq; em̄ ad foelicitatē suā quispiā iniurius & t̄n inuidiosus est. O dio v̄o cōplures iuste habent̄: sicut hi q̄s odio dignus appellam⁹, qui neq; malorū cōsuetudinē fugiūt, neq; abhominantur, neq; iniquo aīo ferūt. Magnū v̄o hui⁹ rei argumentū est, q̄ nōnulli odio se habere q̄ plurimos fatent̄, inuidere se alicui negant. Odiū em̄ malorū laudabile est, iccirco fratris Lycurgi filiū Charilaū Spartæ præfectū, pbū & clementē virū, laudantib⁹ quibusdā, collega ei⁹ & quō inquit pbus est Charilaus, cū ne in malos quidē sit acerbus. Therisitæ quidē turpitudinē corporis variæ ac multifariam poeta descripsit, Peruersitatē v̄o morū breuiter & fere vno verbo cōclusit. Odit & hūc magn⁹ Pelides, odit Vlyxes. Maxim⁹ em̄ peruersitatis cumulus est optimis viris inimicum esse. Atqui inuidere se oēs negāt, qd̄ si quis id eis ostendere conet̄, mille excusationes afferūt, iratos se esse, aut metuere hominē aut odisse dicentes, aut alia quauis ratione hui⁹ affectiōis nomē obubrātes ac regentes, quasi hæc sola animi agritudo celanda sit. Necesse ē igit̄ hūc agritudines, sicuti plantas hisdē & nutriri & calascescere. & alia quippe alijs facillime accedunt. Oderunt itaq; quenq; maxie, vt maxie p̄ficere in vitijs cernūt. His v̄o magis inuidāt, q̄s ad v̄tutē rectiore tramite p̄deūtes intuent̄. Quo circa Theophrastocles cū adhuc adolescens esset, nihil splēdidū a se fieri dicebat. Nem̄nē em̄ adhuc se inuidiū habere. Et em̄ quēadmodum cantarides latiorib⁹ frumentis, & viridioribus rosis maxime in

DE OUDIO ET INVIDIA.

nascuntur, ita inuidia eos præcipue tangit, qui boni sunt, quiq; ad virtutē, gloriāq; grassari videntur. Rursus e contrario magnitudo vitiorū odiū auget, iccirco calūniatores. Socratis, utpote qui ad vitiorū culmen peruenerant, adeo oderūt viri Athenienses aduersariq; sunt, ut neq; eis ignem accendere, nec querentibus respondere, nec qua illi sese abluissent aqua vti voluerint, sed eā perinde ac sceleratā effundi iusserint, donec illi (cū perpetrati odiū amplius nō possent) suspendio vitā amiserūt. Fœlicitatis vero magnitudo, ac splendor sæpenūero inuidiā extinguit. Neq; enim credibile est Alexandro, aut Cyro inuidere quempiam imperitantibus, & cunctorū iam dominis. Sed quēadmodū sol eius vmbra, supra cuius caput astiterit, suis aspergens radijs, aut prorsus extinguit, aut longe minorem reddit, ita & fœlicitas cū magnā nacta altitudinem fuerit, & supra inuidiæ caput splendore suū sparserit, eā attenuat, expellitq;. Inimicorū autē amplitudo ac potētia, odiū haud quāquam minuit, ideoq; Alexander inuidū quoq; habuit neminē, exosos vero cōplures, a quibus tandem per insidias interfectus est. Simili modo infelicitas inuidos quidē compescit, inimicitias vero non tollit. Oderūt em̄ etiā hostes ad extremā redactos calamitatē. At nemo est, qui miseris inuideat, iccirco illud a quodā enīris sophistis non sine ratione dictū, inuidos homines libenter commisereri. Quapropter hanc quoq; non parua horū affectuū differentiam esse arbitramur, qd odium neq; fœlices, neq; fortunatos deserit, inuidia ob vtrunq; excessum facile cōminuitur. Iam vero ex contrarijs potius idipsum consideremus, Dissoluūt profecto inimicitias, odiumq;, si aut sibi persuaserint nulla sese iniuria affectos esse, aut quos utis malos oderant bonos compererint, aut tertio beneficijs placati fuerint. Extrema enim gratia (vt Thucidides inquit) & si minor sit, opportunū tamē nacta tempus maiorē interdū iniuriā dissoluit. Horū vero primū inuidiā certe nō minuit. Quālibet enim a principio sibi persuadeant nullā sibi iniuriā inferri, non tamen a liuore abstinent, nam reliqua duo augent potius inuidiam. His enim inuidēt magis, qui boni vidēt tanq; summū bonū virtutū consecutis. Quod si qua a fœlicibus beneficia accipiant, dolent illis, tū ob voluntatē, tū ob potentiā inuidentes. Illud em̄ virtus

PLVTARCHVS.

eis est, hoc foelicitatis vtrunq; bonū. Quia propter odiū & inuidia omnino diuersi affectus sunt. Siquidē his rebus illud quod cessat, hæc autem torquetur & crescit, iam vero ipsam vtriusq; affectus electionem consideremus. Habentis enim odiū est obesse velle, etenim potentiam eius ita definiunt, dispositionem quandam ac curiosam male agendi voluntatem. Ab inuidia vero hoc abest. Neq; enim inuidi multos e propinquis & domesticis suis perire vellent, neq; ad extremam miseriam redigi, sed foelicitatē eorum graui animo ferunt, prohibentq; si possunt eorum gloriam ac splendorem, extremam vero calamitatem nō optāt, sed si perinde ac ex altissimis aedibus eam partem, quæ suas obscuriores reddit, deposuerint, bene secum agi existimant.

FINIS.

AVSONII ECLOGA DE VITA HVMANA

Quod vitæ seclabor iter? si plena tumultu
 Sunt fora, si curis domus anxia, si peregrinos
 Cura domus sequitur. Mercantem si noua semper
 Damna manent, cessare vetat si turps egestas,
 Si vexat labor agricolam, mare naufragus horror
 Infamat, poenęq; graues in cælibe vita.
 Et grauior cautis custodia vana maritis.
 Sanguineum si Martis opus, si turpia lucra
 Fœnoris, & velox inopes vsura trucidat.
 Omne æuum curæ, cunctis sua displicet ætas.
 Sensus abest paruis lactentibus, & puerorum
 Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes.
 Afflicta fortuna viros per bella, per æquor.
 Iras, insidiasq; cathenasq; labores
 Mutandos semper grauioribus, ipsa senectus
 Exp̄ctata diu, votisq; optata malignis
 Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis.
 Spernimus in commune omnes præsentia, quosdam
 Constat nolle deos fieri, Futurna reclamat
 Cur vitam dedit æternam? Cur mortis adempta est

Conditio: Sic Caucaſea ſub rupe Prometheus
 Teſtatur Saturnigenam, nec nomine ceſſat
 Incuſare Iouem, data ſit q̄ vita perennis.
 Reſpice & ad cultus animi. Sic nempe pudicum
 Perdidit Hyppolitum non foelix cura pudoris.
 Ac contra illecebris maculoſam ducere vitam
 Quem iuuat: Aſpice & ad penas & crimina regum.
 Tereos inceſſi, vel mollis Sardanapali
 Perfidiam vitare monent tria punica bella,
 Sed prohibet ſeruare fidem delata Saguntos.
 Viue & amicitias ſemper cole, crimen ob iſtud
 Pithagoreorum perijt ſchola docta ſophorum.
 Hoc metuens igitur nullas cole, crimen ob iſtud
 Timon Palladijs olim lapidatus Athenis.
 Diſſidet ambiguis ſemper mens obuia votis,
 Nec voluiſſe homini ſatis eſt, optata recuſant,
 Eſſe in honore placet, mox poenitet ac, dominari
 Vt poſſunt, ſeruare volunt, idem auclius honore
 Inuidia obijcitur. Pernox eſt cura diſertis
 Sed rudis ornatu vitæ caret. Eſto patronus.
 Et defende reos, ſed gratia rara clientis.
 Eſto cliens, grauis imperij perſona patroni,
 Exercent hunc vota patrum, mox aſpera curis
 Sollicitudo ſubit, contemnitur orba ſeneſtus.
 Et captatoris præda eſt hæredis egenus.
 Vitam parcus agas, auidi lacerabere fama,
 Et largitorem grauius cenſura notabit.
 Cuncta tibi aduerſis contraria caſibus. Ergo
 Optima Graiorum ſententia, quippe homini aiunt
 Non naſci eſſe bonum, natum aut cito more potiri.

¶ Lipſiæ ex ædibus Valentini Schumañ
 Anno domini Milleſimo quinq̄
 gentefimo vigefimo primo.


Ob 3497

ULB Halle 3
 002 802 074



ex necessitate ad utrumlibet. neque ut melius contingerit ad se sit melius ut utrumlibet







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

4

Contenta

in hoc ope sūt hec.

- ☞ Catonis precepta moralia, partim locupletiora castigatioraq; partim noua, recognita atq; scholijs aucta, ab Erasmo Roterodamo :~
- ☞ Apothegmata Gręcie sapientū intersprete Erasmo :~
- ☞ Eadē p Ausoniū cum scholijs Erasmi :~
- ☞ Mimi Publani, cū eiusdē scholijs auctis recogniti :~
- ☞ Institutū hoīs Christiani carmiē p eū dē Erasmi Roterodanum :~
- ☞ Isocratis Parnesis ad Demonicū, de nouo cū Gręcis collata p Erasmi :~
- ☞ Epicteti Stoici Enchiridiō ab Angelo Policiano latine lingue donatum :~
- ☞ Marci libell' de Odio & Inuidiā